


FRANCISCI ANTONII  
CASERTÆ NEAPOLITANI,  
TRACTATIO  
DE NATVRA, ET VSU VINORVM  
tum in sanis, tum in ægris corporibus,  
potissimum in podagricis.

Cum Indice Questionum, Articulorum, & Dubiorum.

AD ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D. D.  
**ODOARDVM FARNESIVM**  
S. R. E. CARD. AMPLISS.



Neray fecit.

NEAPOLI Ex Typographia Secundini Roncalioli, 1623.  
SVPERIORVM PERMISSV.

*Imprimatur. Lal. T. ast. Vic. Gen. Neap.*


Mag. Fr. Philocalus Caputus Ord: Carmel. Theol. Dep. vidit.

M. Ant. Palumb. Theolog. Dep. vidit.

---

*Imprimatur. Vrsinus Reg.*

Marius Zuccatus Philosophiz. & Medicinae Doctor, & Comes  
Palatinus vidit pro Reg. Juridict.



Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino  
**D. ODOARDO FARNESIO**  
**CARDINALI AMPLISSIMO.**



Franciscus Antonius Caserta Neapolitanus S.D.

**E**X TITERE Hypocratis tempore  
quaestiones apud medicos, de cibo & potu  
exhibendo in acutis morbis, magno cum  
dissentu, & magna cum Medicinæ contu-  
milia, ut Hypocrates ipse de ratione victus in acutis  
par. 2. tex. 16. testatur his verbis (quapropter acutissi-  
mis in morbis usque adeo dissentunt inter se artifices,  
ut quæ alter porrigit, optima esse existimans, ea alter  
mala esse putet, atque fere ob id vaticinationi ars ipsa  
similis esse videatur) & hanc ob causam supra tex. 15.  
dixerat (calumniam usque adeo grauem patitur apud  
vulgum ars tota, ut nullo pacto medicina esse videatur)  
cuius Hippocraticæ sententiæ rationem affert Galenus;  
Quia controversia iustum ignorantiae suspitione ostendit.  
Hoc nostro saeculo non solum de potu in acutis vigens

a 2 dis-

dissentientes opiniones, ut constare potest ex questione 25.  
quæ est de tini potu in febribus. Sed etiam de potu in  
morbis maxime diuernis, & omnino diuersæ naturæ  
ab acutis, qualis est podagra, in qua ut patet ex relatis  
in altera tractatione de Aquarum natura, & usu, q. 7.  
art. 2. alijs aqua viendum puit; alijs vino in tempore  
intermissionis, tempore enim podagræ fluxionis usum  
laudant diureticorum; alii aquam laudant in podagra  
calida, unum in frigida; alii poium calidum actu, alii  
actu frigidissimum præbent. ex quo dissensu quanta  
crescat medicæ facultatis calumnia, nemo non ignorat.  
qua propter qui ueritatem attigerit in hac sola controuer-  
sia, medicam scientiam à maxima calumnia vindicauer-  
rit, & consequenter laude dignissimus existimandus is  
fuerit. Sed sane ego non laudis, sed ueritatis cupidus,  
& amantissimus utilitatis, quam profecto magnam po-  
testi afferre recta uini potus ratio tum in sanis, tum in  
ægris, potissimum in podagricis; banc materiam tra-  
Etanda n suscepit, veteri feruata medicina Hyppocratis, &  
Galeni, quam ubi Principi Illusterrimo, & Reuerendiss.  
ex animo oblatam unà cum ceteris omnibus, que in me  
sunt, Deum precor ne recuses, & alicui tibi sit usui; bæc  
enim maxima re uera est, quam specto gloriam, cuius  
maximam ex tua benignitate spem habeo. Vale.

# I N D E X

## QVAE STIONVM, ET RERVM PRAE CIPVARVM.

que continentur in tractatione de vinorum natura, & vsu, &c.

### Quæstio Prima.

**D**E differentijs vinorum, & an vina inter se specie differat 2. Omnia vina sunt unius speciei specialissima. 4. Quia sit ex usi variorum effectuum, & mirabilium, qui ex varijs vinis oriuntur. 7. An in nutritione necessario alimenti forma debeat corrumpi. 8. Quæstio Secunda. An vinum nutriat verè, ac proprie, 9.

### Quæstio Tertia.

An vinum calefaciat, refrigeret, humectet, esiccat, 13. De sensu propositonis, omne nutrimentū quatenus nutrimentū animalis calore aget. 16. In quo sensu vini dici possit in his humiditate quam aqua 18. De duplicitate calore actuali, & potentiali, & quo calore nos calefaciat, & quomodo 19. Quæstio Quarta.

De vinis tenuibus, & crassis 20. Quæna vina magis, & celerius nutrit, tenacissime, an crassa 21. An vini tenua sint aperientia crassa vero obstruentia. 23. Vini aquosa sunt media inter aquam, & vinoſa vina 24. Quibus conueniat vini tenue aquosum, vel tenue acre, An by tropicis conueniat vinum nigrum, an flauum. In quo sensu vina crassa dici possint celeriter nutritre 25. Quæstio V.

De vino aquoso, & vinoſo 26: modus generationis vini aquosi ex Gal. 27. Quando vina aquosa conueniat imbecillas vires babentibus 28. Cur aqua non sit aperiens, aperiat autem vias vini aquosum 29.

### Quæstio Sexta.

De vinis acerbis, & austeri 29. Qui sunt sapores acerbi, austri, pontici,

hypnicki. An asprinum sit Neapolitanum amineum. 30. Quale vinum Gracum possit dici amineum. An vina acerba, & austera sint frigida. 31. Quomodo nutriant vina acerba, & austera. 32. An vina acerba, & austera sint astringentia. 33. Quibus conueniat vinum austrum. 34.

### Quæstio Septima.

De vinis acidis. An dentur vina acidis saporis naturaliter 34. An vina acidissimae sint frigidæ 35. An sapor acidus sit frigidior sapore acerbo. An vina acida nutritæ 36. An qua coquuntur in ventriculo, mutentur in acidam naturam 37. De vinarum nutritione 38. Quæstio Octaua.

De vinis dulcibus 39. An vina dulcia sint calida 40. Vinum dulce est inutile picrocibolis, febrentibus, & bis, quibus sitim infert 41. Quia sit causa variorum saporum in eodem vino. Cur tempore frigido vina seruentur dulcia. In quibus vinis admixta aqua seruet dulcedinem 42. An vina dulcia sint nutritiæ 43. Que vina dulcia obstruant, insibent, & similia efficiant, que vero aperiunt, & vinas cicant 44. Cur vina dulcia crassa non obstruant pulmonem, & bronchia, & adiuvant spitionem 45. Cur vini dulce crassum superius intestinum inflent, & cur aluum deijciat. 46.

### Quæstio Nona.

De vinis novis, & vetustis. De vinis acribus, amaris, salmis. An dentur vina naturaliter salsa sine artificio 47.

#### Articulus Primus.

De vinis temporibus, & mutationibus.

Quæ-

# I N D E X

**Qua** fint vina noua, qua medij temporis, qua valde vetera, Definitio saporis acris ex Galeno 48. De vinorum mutationibus quo ad colore, & saporem. **Qua** vina cito inueterantur 49. **Qua** vina tardo inueterantur 50. Cur Surrentinum vinum tempore Galeni validissimum, nostro tempore debilissimum oriatur 51.

## Articulus secundus.

**D**e vinorum nouorum, & vetuflorum viribus, & usu. An vina noua calefaciant, nutritant, urinas cieant 54. Quomodo dolia repleta multo rumpantur. An vina vetera, acris, amara, fint valde calida secca 55. Vina vetera valida valent contra venena frigida. **V**ary effectus vini acris, & amari, 56. Qua ratione vina reddi possint cito vetusta. Cur in cellis vienarijs bycne ignes accendantur, Quibus conuenient vinum vetus, & acre. 57. An vina amara nutritant. Cur amara corpora non putrefiant, & putredine enecent animalia. 58. Cur in lacu Palestina nō detur aliquod pisces genus. Quibus conuenient vini amarum 59. Cur musta ebulliant, & alia magis alia minus; **Q**ua substanitia possit colligi feruente multo, & ad qua valeat 60. Quomodo mustum album lubricet 61. **V**inis nouis calidiora sunt vina vetera calore viruali non actuali 62. Cur in mari gignantur pisces 63. De vini salvi viribus, & effectibus, & de eius usu a balneo in spleniticis, & hydroptericis 64. **Q**uestio decima.

**D**e vino odoro, & inodoro. An odores vini per se ledant, vel iuuent, an per accidentem 65. An vina odora fint calida 67. An odor fit vapor, & que

ratione 68. An calor remissus sufficiat ad generationem vaporum, & odorum 69. Ratio carentie odoris in vinis tam pauciseris, tam validis. Et cur vina dum vetera sunt fiancagis odora 70. An acrimonia, & mordacatio per se competit odoribus 1. An vina odorifera fint copiosi nutrienti 71. An fint boni nutrimenti. **Q**ua fint odorabilia per se, qua vero per accidentem 72. De vase ligneo, quod cuilibet vino tribuit sapore, & odorem vini, qd sit ex cerasijs amarenis 73. **D**e viribus vini, quod vocant de amarena. An vina odora caput latant 74. **Q**uestio undecima. **D**e vino diluto, & de vino raspato vulgo dicto 75. De lora, seu aquata, seu vinaceorum diluto 75. An vina diluta calefaciant, an refrigerent 76. An vinum dilutissimum magis refrigeret quam sola aqua. An vinum dilutum sit aperituum 77. An vina diluta nutritant 78. Quo vino sit os colluendum 79. De vini aquosi, & raspatis viribus. De causa saporis austeri, dulcis, pungentis in raspato 80. An sapor austerus, & pungens in raspato sit unus, & id est 81. Error putantium vinum reddi validius, quo magis feruerit cum vinaceis. Cur vina permutterant, & à sacibus separantur 82. An vini lacrymae sit reliquo vino poterior. Error miscentium vino liquorem pralo expersum 83. An vinum statim ac diluitur, bibi debeat 84. **Q**uestio XII. **D**e Aceto 86. **V**aria opiniones de acetis temperie 86. Qua ratione acetum similit fluxiones sanguinis 87. Cur facile accessant vina debilia; Galeni experientia ne accessant. Cur vinum satilius

# I N D

ellius aescat in dolys apertis, vacuis,  
Et habentibus rara tegumenta Cur  
vindemia tempore pluvio ferat vi-  
nū facile aescens 88. Cur vina de-  
cocta non aescant. Cur vini decocti  
spuma aescat. Cur aqua vinum in  
acetum permuteat 89. Cur succus ci-  
trij acidus reddat acetum acrius.  
Acrem saporem aceti non esse propriè  
acrem, sed mordacem 93. Ex Hyp-  
pocrate aciditatem. Et acredinet ac-  
eti esse unum quid 94. Quomodo ace-  
ta videatur calefacere 97. Cur asta-  
te incipient aescere vina, byeme  
vero adueniente, perfecte aescant.  
Cur sub Sole vina valenter aescat.  
Cur vina longa nauigatione tradu-  
eta sint bona. Qualis debet esse cella  
vinaria pro seruandis vīnis 98. 99.  
Duplex frigiditas ad generationem  
aceti requiritur. Cur vīnū facilius  
aescat aqua calida, quam frigida  
admixta 100. De facultatibus ace-  
ti 101. De Aceti vsu 102.

## Quæstio decimatercia.

Quibus complexionibus in sanitatis la-  
titudine existentibus, conueniat vīni  
potus, Et quale vīnū conueniat 103.  
Quibus, Et quo tempore anni com-  
petant vina calida, vel frigida.  
Quod vīnū conueniat pueris. Qualia  
vina conueniant senibus; Qua vina  
conueniant corporibus nimium bu-  
midis, Et pinguibus 104. Quae vina  
conueniant corporibus nimium ex-  
cenuatis. Quando vina crassa alba  
competant senibus. An ab affumpis  
fructibus horarijs conueniat potus  
aqua, vel vīni 105. Platonis senten-  
zia de vīni potus 107. 108. An vina  
dilutissima sint concedenda natura  
calidiissima 109. De veritate propo-  
sitionis; Vīnum prodest, quod unus  
quisq; libenter bibet 110. Cur nunc

# E X

bac, nūc alia vīna à nobis met, Et ab  
alijs expetantur 111. Quibus corso-  
ribus humidis competit vīni aquos  
potus, vel vīni albi tenuis vīnoſi.  
Quibus mulieribus cōpetat vīna me-  
raciora. Quando in corporibus secis  
nō conueniat vīna crassa, sed aquosa.  
Galenī dogma de vīno exhibēdo bis,  
qui in negotijs vitam degunt 113.

## Quæstio decimaquarta.

Quo tempore conueniat vīni potus, Et  
in qua quantitate, seu mensura 113.  
An vīni potus cōueniat ieiuno vītre.  
An mox à balneo conueniat vīni po-  
tus 114. Quando à balneis fit utilis  
potus vīni. Quando ab exercitio fit  
utilis vīni potus 115. Quibus natu-  
ris conueniat vīni potus diluti, Et  
aquosi inter prādiū, Et cēnā. An scē-  
pe, Et partū fit vīnū bibendū in prā-  
dio, Et cēna 116. Quando nō cōpetat  
vīni potus inter fēcula. An fit affu-  
mēdus potus ante cibū, an cōtra 117.  
Quando ab aqua potu possit incipere  
prādiū, vel cēna 118. De quātitate  
potus vīni 119. plures regulz parcios,  
vel liberalius bibēdi 120. 121. 122.  
pulcra quadā ex Gal. de cōsuetudī  
seruāda t' potus quātitate, Et qua-  
litate 122. Habentibus alū ſecundū  
largior potus eſt exhibendus 123.

## Quæstio decimaquinta.

An in calidis intēperibus, Et in febrē-  
bus conueniat vīni potus 123. An in  
febribus cū viriū imbecillitate, Itē  
ex vigilia ira, mcerore, tristitia, cogi-  
tatione, refrigeratione, vīfione, curis,  
laſitudine cōpetat vīni potus 127.  
An in fibre cū fortī evacuatione cō-  
petat vīni potus; Cur in pleurite à  
medicamēto purgāte fit concedendū  
vīnū 128. An in febribus ratione cō-  
ſuetudinis fit cōcedendū vīnū, Et pul-  
chra

# I N D E X

*ebra quadā de cōsuetudine seruanda  
in potu ex Hippoc. 129. An in febri-  
bus ratione annexi morbi siccis sit cō-  
cedēdus vini potus 130. An in febri-  
bus rōne barboris crassi cōueniat po-  
tus vini tenuis, ut in quartana, quo-  
tidiana, tertian anotba. Et an vīnū  
a quosk̄ sit ceteris utilius ē febrīb. 131.  
An rōne atatis senilis, cōplexionis, an-  
ni tēporis, & regionis frigida dandū  
sit vīnā in febribus. Cur medici alijs  
sint meliores alijs, quāquā eadē didi-  
cerint 133. Quānā urinā cīentia nō  
cōueniat in febribus 134. Quādo in  
febribus sit probibendus vini potus.  
An in febre incēdente cōueniat vini  
potus. Triplex ratio cruditatis in fe-  
bre incendētē 135. Quā medicamen-  
sa ex vīno non debeant exhiberi fe-  
brentibus, & qua de causa 136.*

## Quæstio decimasexta.

*An in capitīs doloribus, & in alijs capi-  
tīs affectībus vīni potus cōueniat 137  
An in capitīs doloribus vēhemētibus  
à causa admodū calida, & cum febre  
cōpetat vīni potus 138. An ē pbreni-  
tide cōueniat vīni potus. Quo tēpore  
ē ira, & pbrenitide cōueniat vīni po-  
tus 139. An ē capitīs doloribus à cau-  
sa frigida cōpetat vīni potus. An sit  
exhibēdū vīnū in doloribus oculorū,  
& ceterarū partīb, nō existente ple-  
thora 140. An ē lassitudinibus cōue-  
niat vīni potus 141. An pletthora phib-  
beat vīni potū. An in doloribus capi-  
tīs p̄ cōsensū sine febre cōueniat vīni  
potus 142. An ē dolore capitīs à ieiū-  
nio cōpetat cībus, & vīni potus 143.  
An in epilepsia cōueniat vīni potus.  
An in melācholia, & melācholicis af-  
fectībus cōueniat vīni potus 144. Cur  
vīnū animo alacritatē tribuat, Cur  
vīna nigra sint melācholica 145. An  
in catarrbīs cōpetat vīni potus 146.*

*Quæstio decimalēptima.  
An podagricis, & arthriticis cōueniat  
vīni potus, & quale vīnū cōueniat  
147. Dolores virtutē exolutūt, & trī-  
stitia afferunt 149. De vīni potu in  
dolore capitīs, & podagrico ex ebrie-  
tate 150. An pedes uituli & similes ci-  
bi cōueniat in podagricis 153. An ui-  
ta nigra, crassa sit ex usū podagricis.  
An ē podagra, & arthritide cōueniat  
syrupi, & medicamenta astringētia  
154. An sit eadē indicatio curatiua  
in podagricis, & calculosis; Car cali-  
diora medicamēta cōpetat podagri-  
cis quā calculosis 155. Cur pauperes  
& rusticī minus podagra infēctētur  
quā diuites, & nobiles. An cōpe, por-  
ri, allia, & similia cōferat podagricis,  
& arthriticis 156. Cur quādā poda-  
gra breuiore, quādā lōgiore spatio ter-  
minetur 157. An si detur podagra ex  
bile flawa, cōueniat vīni potus 158.  
Quādo in podagra cōueniat medica-  
mēta localia repellētia, & astringētia  
159. An & quādo in inflāmationib  
cōueniat vīni potus 160. Galeni cōsi-  
liū pro arcēda podagra 162. Arnaldi  
prafidū pro articulorum morbis ad  
Regem Robertum scriptum 163.*

## Quæstio decimalētua.

*De potu vīni in uulneribus, & ulceri-  
bus 165. An & quando uulnera, &  
ulcera sint vīno abluenda 166.*

## Quæstio decimalānona.

*De vīni potu in syncope 168. Quid sit  
syncopa, & de syncopā causis 168. De  
vīno bibendo in futura syncopa 170.  
Quo tpe, & quomodo vīnū sit dādūrū  
ante accessionē syncopalē 171. De us-  
no bibēdū in actuālī syncopa 172. Sys-  
copi ex defectū, nō ex abūdāntia cō-  
uenit vīni potus 173. Error prabētū  
aquā putandā syncope affectis 174.*

# FRANCISCI ANTONII CASERTAE NEAPOLITANI.

## TRACTATIO.

*De Vinorum Natura, & usu, ium in sanis,  
iunis in agris Corporibus.*



VID nam Vini propriæ appellatione significetur, fusè docuit, & decreuit Vlpianus in l. si quis vinū ff. de tritico vino, & oleo legato, vbi yini propria appellatione non vult contineri, nec Zitum, nec ceruisiam, nec hydromeli, nec succum cidoniorum, nec quodvis aliud, quod non sit ex vinea; amplius à vini acceptione excludit omne id, quod licet sit ex vinea, vinum tamen non permanet; siue ratione artificij, & condituræ, tale est defrutum; siue ratione alienæ mutationis, qualis cōtingit, cum vinum acescit; quo sit ut in Vlpiani sententia nec defrutum, nec acetum propriè vinum dici queant. Quæ omnia, sunt veritati consona, & Galenice doctrinæ. Est enim vinum propriæ, Vuæ succus, qui vbi ab vuis exprimitur, mustum vulgo dicitur, vt satis constat, & testatur Gale. 2. de alim. fac. c. 9. Ex quo loco illud etiā nota dū est. Vuarsi acinos constare ex membranoso tegumento, ex seminibus, ex substantia quadam veluti carnea, & ex humore per hanc substantiam disperso, qui humor expressus vinum est, paulatim per sua tempora, vt dicetur, tales vires accipiens, vt Plato, quem Galenus refert lib. quod animi mores corp. temp. sequan. c. 10. Bacchum inuocari consulat (qui vinum contra senij austoritatem salutarem medicinam ( ex Gētiliū somnijs) hominibus donauit, quo scilicet reiuuenesce remus, animi q; molestias obliuio deleret, ac mollis è duro

Quid pro-  
prie signifi-  
cat vini ap-  
pella-  
men-

Quoniam  
vix substaa  
tia sit vinum

A

factus

Vini com-  
mendatio  
ex Platone,  
Zenone, &  
Gal

factus animi habitus, ut ferrum igni impositum, tractabilius esset.) Et Galen. loco citato cap. tertio sic habet. (Vini autem potus aperte tristitiam omnem, & tœdium leuat, hoc. n. quotidie utimur, dicereq. Zenq solebat, ut ferunt. Quemadmodum amari lupini aqua-macerati dulces euadunt, ita etiâ se à vino affici.) Plurimaque alia fert commoda vini debita potio, ut in sequentibus late docebitur. Quiocircâ minus vere, ac minus ingeniosè Adrianus Turcibus Galus libello de vino, Vinum humano generi iniquum, infestum, pestiferum existimat; Et quæcumque ad suam probandam opinionem affert, solum probant vinum, vel liberalius, vel intempestive sumptum à quibuldam temperaturis admodum calidis, vel ob aliam rationem, esse nocuum; quæ non sunt vini, sed bibentis vitia, ut late patet ex dicendis. Et Galenus disserente docuit lib. quod animi mœres &c. c. 3. inquiens. (Sic vero & Theognis dicebat vinum liberalius haustum, malum. Quod si scite quisquam id bibat, non malum, sed bonum est, nam re vera si commodè utar, & concoctioni, & digestioni, & sanguinis generationi, & nutritioni confert abundè, Adde quod animus noster eo, & mitior simul, & fidentior redditur &c.)

---

### Q V A E S T I O P R I M A.

#### *De differentijs Vinorum, & an vina inter se specie differant.*

i. Notabile.

**N**otandum i. Vinorum varias, ac propemodum innumeras esse differentias, prout & vuarum etiam multiplex est diversitas tum in eisdem, tum in diuersis regionibus; qualibet enim regio tum vuarum, tum vinorum multas producit species. ut clare patet; Et Galenus lib. de succorum bonitate, & vitio c. 1. 1. 12. meth. med. c. 4. 5. de sanit. tuen. c. 3: diffusè diuersissimorum vinorum, quæ tum in Asia,

Asia, tum Græcia, tum in Italia, potissimum Romæ, tum alijs  
in locis gignuntur, meminit, itemque aliquorum, quæ in hoc  
Regno sunt, scilicet Fañerni, Neapolitani amissi, & Sur-  
rentini. Et certissimum illud est nostro hoc seculo, to-  
rum hoc Regnum Neapolitanum, sicut ceteris omnibus, quæ  
ad hominum viatum faciunt, summo, ac diuino naturæ bene-  
ficio maxime affluit, ita sanè varia Vinorum omnis generis  
diuersitate abundare, ut quæ omnia citatis locis Galenus  
commemorauerit, similia, & meliora in hoc Regno reperias,  
quin etiam circa, & prope Ciuitatis Napolis circuitum.  
Verum tam varias vinorum differentias ex locis desumptas  
recensere, satis longum est, & minime scientificum, cuius mu-  
nus est, vinorū distinctiones assignare, ad quas vina omnia  
totius orbis terrarum reduci debant, quæ ut sciantur.

Notandum 2. ex Auctore lib. de renum affect. digno. &  
med. c. 6. in si. Et Galen, ex professo in lib. Hypp. de rat. viet.  
in acut. com. 3. in tex. i. Primam vinorum differentiam desu-  
mi ex colore, alia enim sunt alba, alia nigra, alia fulua, flava,  
rubra; Secunda desumitur ex vinorum saporibus, quædam  
enim sunt dulcia, quædam amara, quædam austera, quædam  
acria & quædam insipida. Tertia ex consistentia consurgit,  
hinc nonnulla vina sunt tenuia, nonnulla valde crassa: non-  
nulla inter hæc media. Quarta differentia accipitur ex odo-  
re. Sunt enim alia boni odoris, alia insuauiter feriunt odo-  
ratum, alia omnino sunt inodora. Quinta ex facultate, & vi-  
vini oritur; quoddam enim vinum est potens, quod dicitur  
etiam vinosum; quoddam imbecillum, quod etiam aquosum  
nominant; quoddam inter hæc medium vel equaliter, vel inę  
qualiter interiacet. Addunt alij, ut Galenus monet lo. cit. dif-  
ferentiam vini desumptam ex tempore, ut alia sint recentia,  
alia vetusta, alia mediæ temporis; quam ipse etiam reducit  
ad traditas differentias; tempore enim vina sunt teruiora,  
magis acria, & colorata, magisque blentia; quæ differentiae  
iam assignatae sunt. Amplius addi videbitur debere aliquid dif-

3. Notabile;

Vinorum dif-  
ferentiaz.

ferentia vinorum per spiciorum, & turbidorum; sed perspicuitas, & turbulentia ad tenuitatem, & crassitatem vinorum reduci debent. Vnde Schola Salerni bene videtur explicasse vinorum differentias his versibus.

*Vina probantur odore, sapore, nitore, colore,  
Si bona vina cupis, haec tunc probantur in illis,  
Feria formosa. Et si agrantia frigida, frisca.*

#### Probatio.

Probatur hæc diuisio vinorum, quia sub ea, omnia, quæ reperiri possunt vina continentur; & hac cogita diuisione, vina omnia, quæ nunquam ante aut videris, aut gustaueris, visu & gustu facile diuidi aueris qualia sint, & quibus convenient, quare bona, & apta est diuisio tradita vinorum, quæ inter se an specie differant, ut sciatur.

#### 3. Notab.

Notandum 3. me hic nihil agere de differentijs physicis in communi, an dentur penes distinctionem formarum substantialium, nam suppono omnia dari formas substantiales, ex quibus una cum materia substantiali componitur compitus substantialis, sed dispuo hic in speciali de differentijs in speciali vinorum.

#### Conclusio.

**Conclusio.** Vina omnia licet differant inter se colore, consistentia, sapore, odore, virtute; vnius sunt speciei specialissimæ, & consequenter specie physica non differunt, sicut omnes homines sub unica specie specialissima continentur.

#### Probatio.

Probatur conclusio. Distinctio specifica ex specie distinctis operationibus arguitur, ut constat ex physicis, sed vina non habent operationes, quæ formæ, & speciei distinctione arguant; sed tantum accidentalem; ergo specie non differunt; sed solum accidentaliter. Confirmatur i. quia si qua ratione

#### i. Confirm.

vina deberet dici specie distinguiri, ea esset magna in vinis varietas quo ad colorem, odorem, saporem, consistentiam &c. Sed hæc omnia in eisdem vinis tempore mutantur, cum tandem dici nequeat idem vinum tempore secundum speciem permutari; ergo propter colores, sapores, & similia accidentia non possunt dici vina specie differre. Confirmatur ii.

#### ii. Confirm.

eadem

# Quæstio prima.

3

eadem vitis, cum loca mutat, diuersum affert vinum, ut testatur Galenus 3. de sympt. causis c. 2. vbi etiam idem testatur de alijs stirpibus, & herbis; & de persicæ planta ex Perside in Aegyptum translata, affirmat mutasse id, quod periculosum, & lethale habebat in Perside; certissimum autem est eadem vitis per translationem locorum, non mutare speciem, & sequenter diuersa vina ratione savorum, colorum, & similiū accidentium, specie non distingui. Confirmatur 3. experientia, cuius nos periculum fecimus, ab eisdem vitibus ratione diuersorum temporum, & industria, diligentia que adhibita, diuersissima vina genita fuisse; ita ut ex albo, tenui, imbecillo, insipido, quale sepius collectum est, quandoque flauum, dulce, crassum, potens, productum fuerit; nō igitur in vinis est astruenda specifica distinctio.

3. Contra.

Obiectio i. Vina nigra, & alba videntur esse omnino contrarij coloris, ergo & speciei etiam. Confirmatur, quia numquam visa est vitis ferens vuas albas, quocumque translata, nigras vuas tulisse; Neque vniquam visum est temporis diuturnitate vinum nigrum mutari in album, vel album in nigrum; signum igitur est in his vuis, & vinis diuersas omnino esse formas substantiales, seu species. Responderetur: negandam esse consequentiam clare patet ex hominibus albis specie non differentibus à nigris hominibus. Et ad confirmatum dicendum, esto per translationem ad variaz locaz, vitis alba nō tulerit nigras vuas, id saltem non implicare, si nutrimentum sit eiusmodi, quod à vite translata trahatur, ut ad vuas nigrarum non albarum valeat generationem, sicut videmus per ægritudines homines nigro ictero corripi, vbetiore succo melancholico ad carnes delato; ob affectionem splenis; Et albos homines ex sollicitudinibus, mestitia, melancholicorum ciborum vsu, & similibus causis temporis progressu ad totius corporis nigredinem permutari. Et contra ex deside vita, cibis pituitosis, & similibus, cum nigriores ante essent, albidū redduntur. Verum esto talis non certatur per-

i. Obiectio.

Responso.

# Francisci Antonij Caseræ:

permutatio vuarum per translationem ex albedine ad nigredinē, vel contra; vinorum certe cernitur per diurnitatem etemporis p̄ermutatio ad flauum, ad rufum ex albo, & ex nigro etiam, vt de vinis quibusdam, quæ ex perperine proueniunt, testatur Galenus de succorum bonitate, & vitio c. 11. Item per decoctionem vinā alba in nigredinem vertuntur, vt experientia constat, quam testatur idem Galenus lo.cit. de suc. bo. & vi. his verbis (certe si mustum ex omnium maxime albo vino decoquas vsque eo, vt sapa inde existat, quod nos defructum vocamus, colorem nigrum acquirit) sapa autem specie non differt a vino, ex quo fit per decoctionem, non igitur ex albedine, vel nigredine vuarum, & vinorum specifica distinctio colligitur. Sunt enim albedo, & nigredo accidētia quarundam vuarum, & vinorum non quidem propria quarto modo, ex quibus colligitur specifica distinctio; & nec inseparabilia, vt patet ex mox dictis.

**3. Obiectio.** Multa vina calefaciunt, alia refrigerant; item quædam sunt aperientia, quædam astringentia; qui sunt efficiens omnino contrariaj; ergo diuersas, & contrarias species hæc saltem vina obtinebunt. Respondeatur vina dici calefacentia & refrigerantia respectu diuersorum, vt infra explicabitur; aperire etiam, & astringere, prouenit ex vini qualitatibus, v.g. ex tenuitate, crassitie, sapore acerbo, austero, acri, vt fusè dicetur infra, non ex vini forma substantiali, seu specie, negatur igitur consequentia.

**1. Obiectio.** multorum vinorum admirandi sunt effectus, quos Plinius lib. 14. c. 18. vocat prodigia. In Archadia enim viua quædam mulieribus fœcunditatem important, viris veno; rabiēm. In Achaia si mulier grauida quædam bibat vīna, vēhuias comedat, abortit. Træzenum vinum generādi vim adimit. Et alia similia Plinius testatur lo.cit. Ergo in his vīnis & vīis saltem concedenda est specifica distinctio.

**Responso.** Respondetur negando consequentiam. Hi enim effectus, & alij similes non à vinorum, vel vuarum proueniunt formis sub-

## Quæstio prima.

substantialibus distinctis, & varijs, sed ex nutrimento varieta  
te, quæ in varijs locis reperitur, & trahitur a vite, quæ doctri  
na est ex professo Galeni 3. de sympt. cauf. c. 2. vbi hanc cau  
sam assignat, Cur vites translata in alium locum, diuersum fe  
rat vinum, quia diuerso vitetur alimento. Quod confirmat e  
tiam auctoritate Aristotelis, qui etiam pecora docet colore,  
ceterisque sensibilibus differentijs mutari in varijs regioni  
bus propter varia nutrimenta. item hac de causa in Perside  
persica sunt lethalia, non sic inde translata, quia apud persas  
venenatum attrahit alimento, non sic in alijs locis, in qui  
bus tale non datur alimento prauum, quod sit persicæ plâ  
te familiare, vt Gal. docet lo. cit. & disertis verbis explicuit  
lib. de semine c. 1. inquiens. (Nam persica arbor in Aegyptu  
translata formam minime immutasse conspicitur, sed bonu  
tatum alimento nostra, esui idoneum fructum, cum prius  
non esset, pro uoluisse). Varia igitur alimenta, quæ vites trahunt,  
causa sunt horum diuersorum effectuum, quos assert, obje  
ctio. Quod confirmatur manifesta experientia, quam testa  
tus est Arnaldus a Villa noua lib. de vinis, sectione de vino  
laxatio, ex Palladio lib. de agricultura, item ex Theophras  
to testatur Ioannes Costaeus lib. 2. de potu in morbis c. 1. R.  
Ex posito scammonio, vel elleboro, vel esula, in uitis radice  
uel in surculo, qui inseritur, uvas gigni solutiua, uinumque  
fieri laxatiuum, scammonij, ellebori, uel esula facultate cū  
alimento ad uitis fructus, uvas scilicet transeunte. Quod idem  
continget, si pari ratione theriacam, mandragoram, & simili  
a admoureas ad uitis radices, uel surculos, dum sit insitio  
horum enim omnium uires recipiuntur prædicto modo in ui  
tem, uvas, uinum. Hac eadem ratione purgantis medicamen  
ti uis, & facultas ad mammas, & lac peruenit, ut quotidiana  
docet experientia, & usus in infantium expurgatione lacte  
medio nutritum, quibus medicamenta ad hunc finem exhib  
entur. Sed contra.

In statibus nutritio est assimilatio nutrimenti, huiusque mu  
tatio

Quæ sit cau  
sa variorum  
effectuum,  
& mirabilium  
quæ ex varijs  
vinis origi  
tur.

In statibus

**ratio in formam nutriti; ergo corruptitur nutrimenti forma;**  
**nec permanet; & consequenter non potest alimenti forma,**  
**quæ non est, esse causa supradictorum effectuum, qui specificam**  
**formam arguunt, à qua profluant, in bona Philosophia.**

**Dilectio pri-** Responderetur 1. non necessario in nutritione nutrimentū  
**ma.** formaliter debere corrupti, & posse assimilari nutrimentū,  
**An in nutri-** si talem alterationem recipiat, sine formalī corruptione, per  
**zione neces-** sario alimen- quam possit nutriti formam superiorem recipere. Quæ re-  
**ti forma de-** bate corru- sponsio supponit opinionem illam, quæ putat posse dari plu-  
**bi.** res formas in mixto, quæ se habeant tamquam materia re-  
 spectu superioris formæ mixti, quam sententiam nos secta-  
 mur tamquam probabiliorem, & iuxta hanc doctrinam ali-  
 menti, seu nutrimenti forma adhuc perseverat, vnde prædi-  
 Qi manant effectus. Et ne videatur alicui admodum extra-  
 re a hæc doctrina, legat Galenum lo. cit. 3. de sympt. caus. c.  
 2. ubi putat in nutritione non solum naturali, sed uitiosa-  
 , non solum assimilari nutrimentum nutritio, sed contra assimili-  
 lati nutritum nutrimento, & hac de causa animalia quædā  
 carnem habere simillimam herbis, & uiridium herbarum co-  
 lorem præferre, & in leucis carnem albam fieri à pituita, &  
 hæc habet uerba, (ergo cum sicuti diximus, caro longo tem-  
 pore pituitoso simul, ac glutinoso sanguine nutritur, caro  
 quidem adhuc manet, mutatur tamen eius forma, & in alte-  
 ram speciem uertitur). Respondeatur 2. formas alimenti, & nu-  
 trimenti, à quibus prædictæ in obiectione, fiunt uini opera-  
 tiones remanere non quidem mutatas in nutriti substantiā,  
 scilicet uvarum, nec esse uerē alimenti materiam, sed esse  
 ita immixtas cum nutrimento, ut dispergantur etiam cum  
 substantia tum uvarum, tum uinorum, ut numquam separen-  
 tur, & prædictas operationes exerceant.

**3. Dilatio.**

QVAE-

## Quæstio secunda.

9.

### Q V A E S T I O S E C V N D A.

#### An Vinum Nutriat verè, ac propriè.

**T**raditis vini differentijs, nunc eiusdē cōmunes proprie-  
tates, quæ s. vini omnibus conueniūt, explicare aggre-  
dimur, quarū præcipua est, nutritio ex vino, sit igitur.

**C**onclusio . Vino verè, ac propriè nutriuntur homi-  
nes . Est receptissimā apud omnes medicos , si solum  
excipias Hieronymum Mercuriale tractatu de vino, & a-  
qua c.4.& 5. Et probatur 1. manifestissima auctoritate Gale  
ni 2. aph. 18. 3. de temp. c. 2. in fi. 3. de alimentorum facult. c.  
40. vbi etiam cibum vere esse uinum affirmat, quod alat cor-  
pus, sicuti alit cibus, quamuis medici quidam suo tempore  
noluerint uinum esse appellandum cibum, & si non nega-  
rent uinum alere .

Probatur 2. quia manifesto experimur, à uini potu nos re-  
fici, & vires recipere conferim, quod alia ratione fieri ne-  
quit, quam per spirituum regenerationem celerrimam, qui  
ex sanguine purissimo gignuntur, ut demonstrauimus nostra  
tractatione de spiritibus. Item per celerrimam reparationē  
substantiæ calidi nativi, quæ ex nobis defluit. Præstat igitur  
alimentum, seu nutrimentum uinum, dum in sanguinem ce-  
lerrimè uertitur, ex quo carnes celerrimè nutriuntur. Con-  
firmatur, quia hac de causa in syncope uini potus exhibetur,  
ut dicetur infra. Quia in syncope celeri nutritione est opus,  
quæ maximè præstatur à uino .

Probatur 3. Vinum habet omnia requisita, adhoc ut pos-  
sit nutritionem præbere corpori. Est enim res mixta ex qua-  
tuor simplicibus corporibus, & multa elaboratione in ligno  
uitis conflata; amplius est gustui liquor amicus, & familia-  
ris; ergo uere nutrit uinum.

Probatur 4. Quia hinc fit, eos, qui plurimum uini hauriunt  
in prandio, uel coena, parum cibi assumere. Cōtra uero bibē-

B tcs

tes aquam, plurimum edendo cibum ingerere: quia vinum supplet nutrimentum cibi, quod non supplet aqua; in quo se su fortasse dicitur etiam ab Hippocrate 6. epidē. par. 4. tex. 20. aqua edax; quia potentes aquam, plurimum edunt. Est igitur vinum verè nutrimentum.

**1. Probatio.** Probatur 5. Omnino certum esse debet, vina rubra ut poterit persimillima sanguini, in sanguinem verti, & consequenter vina rubra nutritre; sed à vino rubro cetera vina non differunt specie, sed vel colore, vel tenuitate, vel crassitie, ut demonstratum est præcedenti quæst. ergo cetera vina mutantur etiam in sanguinem vel magis, vel minus, prout magis, minusue à vini conditionibus rubri discedent, & consequenter vini omne erit nutriendis, magis tamen minusue. Id quod Galenus disertis verbis docuit lib. 3. de aliment. fac. c. 40. inquietus. (Vinorum omnium rubra simul & crassa sanguini generando sunt accommodatissima, ut quæ minima egeant mutatione ut sanguis fiant.)

**6. Probatio.** Probatur 6. potissima ratio, propterquam vino denegatur nutritio, est vini fluxilitas, & tenuitas substantiæ vini, ob quæ vinum videtur de genere aqueorum; aqua autem nutrientē non præbet materiam corpori, ut demonstrauimus tract. de aqua; & quia quæ fluida sunt, non possunt adhærescere corpori solido nutriendo. Sed hæc ratio non obstat; tum quia vina omnia aliqualem habent crassitiem, & multa vina crassa admodum sunt, & manifestam habent adhærescētiā, ut constat tum sensu uisus, tum tactus, ut maculas quædam uina tribuant difficulter delebiles. Et caloris natui ope uina crassitiem acquirunt in corpore sī minus magnam, saltem eiusmodi, quæ sufficiat ad tenuissimi sanguinis generationē; ex quo tum spiritus regeneratur influens, tum tenuissima calidi natui substantia fixa reparatur, quæ propria est nutritio. Ergo uinum uere nutrit, & proprie, ut melius constabat ex obiectionum solutionibus.

**3. Obiectione.** Obiecties igitur primo. Vinum, ut propriè nutriat, debet in par-

## Quæstio secunda.

71

partium solidarum, & carnosarum substantiam conuerti; sed non potest in harum partium substantiam mutari, ergo uerè non nutrit. Probatur minor, ceteræ enim partes argumentationis ab omnibus conceduntur. Vinum est actu fluxile, neque umquam potest crassescere, & similem nostrarum partium consistentiam recipere, neque extra corpus, neque intra corpus assumpit um, quia est de genere aqueorum, ut ex Galeno dicemus infra, & docet Arist. 4. meteor. c. 5.

Respondeatur negando minorem, & ad probationem dicendum in partium substantiæ consistentiam transire uinum. actu fluxile non immediate, sed pluribus medijs mutationibus potissimum ea, qua in sanguinem uertitur actu fluxilem, qui tenuior, uel crassior, pro ratione uini tenuioris, uel crassioris gignitur, ut fusè patebit ex dicendis. Quocirca omnino fallum est, uina non posse crassescere simpliciter intra corpus, cum etiam extra corpus, ex musto fiat longa decoctione defrutum, seu sapa admodum crassa, & in destillatione aquæ ardentis, uia caloris plurimum subsidet uinosæ substantiæ crassioris redditæ, quam fœcæ appellant. Neque obstat quod uinum dicatur de genere aquorum; hoc enim non significat, uinum esse formaliter aquam, & sicut aqua non nutrit, pariter non nutritre uinum, sed plurimum aquosæ humoris continere, unde ei aduenit fluxilitas, cum etiam ignis, aeris, & terræ portio adsit in uino, immo etiam aliorum mixtum: ut omnino demonstratur ex dictis superiori quæst. in qua uinorum uarietatem ex terræ partibus uarijs, uarijsque alimentis oriri dictum est.

Obijcies 2. Si uinū nutrit, fames uino tolleretur, cuius contrarium docet Gale. 2. aph. in aph. 2 1. ubi solam appetentiā caninā docet sanari uini pōtione, & thorexi; & de hac canina appetentia intelligi Hippocratem, cum inquit (fame thorexis, hoc est uini pōtio soluit) signum igitur est non nutritre uinum, alioqui omni defectui, unde fames sit, opitularetur uini pōtio.

B 3

Re-

**Responso.** Responderur negando consequentiam. Hoc enim loco non negat Galenus vinum, quantum est in sui natura, nutritre, & reficere; sed non omni fami opem ferendam esse vini potionem, quia licet vini potus per se nutriat, si tamen ieunis exhibeat, deliria, dolores capitis, conuulsiones; & alia damnata infert; & consequenter tantum abest ut famem soluat, quin maiora faciat symptomata, quae ne contingent, vini potionem, & nutrimento non est vtendum in fame, excepta canina, cautela adhibita, quam docet Galenus lo.cit. non quod verè vinum non nutriat, vnde nil ex hac argumentatione sequitur contra conclusionem, ut patet.

**3. Obiectio.** Obiecties 3. Numquid aliquem solo vino diu vixisse audiū est, cum aliqui referantur solis herbis, aliqui solo lacte vixitasse, si igitur vinum nutritret, æquum etiam esset illo solo dū posse homines viuere. Respondetur contrarium huius, quod habet obiectio, quæ Mercurialis est, doceri à Ioanne Costæo lib. 2. de potu in morbis, c. 30. vbi sic loquitur. (Verū vinū vere alere, nullus neget, qui aliquos sine cibovallo solo vino vitam dies sustinuisse multos norit, quod & nos, & alij obseruarunt, ita ut illi nutriendi vim interdicere, sit discedere à sensu) atque hæc Costæi obseruatio tamquam veritati consona, est omnino recipienda. Si modo illud addas, solo vino, qui protrahuntur vitæ dies, non vacare periculo, propter grauissima symptomata, quæ infert vini potio ieunis exhibita, ut docet Galenus lo.cit. obiect. præced. & nos dicemus fuse infra; ut idcirco non valeat quis solo vini potu diutius uitam trahere, sed per paucos dies: Quam ob causam fami solo uino non est opitulandum, ut diximus ex Galeno ad præced. obiect.

**4. Obiectio.** Obiecties 4. vt fiat nutritio, debet cibus plures alterationes recipere, tum in ore, tum in ventriculo, tum in hepate, & venis, tum in partibus carnosis, & solidis, in quibus primo debet nutrimentum apponi, tum dispergi, alterari, & assimilari, quæ omnia non possunt subito fieri, at subito videmus in syn-

syncope à potu vini nos refici; non igitur ratione nutritionis reficiuntur, sed potius ratione calefactionis, & consequenter vinum non nutrit, sed aliam præbet caufam viribus reficiendis, nempe calidam temperaturam. consistunt enim vires etiam in temperamento partium, & spirituum, ut constat ex Galeno 12.meth.med.c.5.

Respondeatur ad nutritionem partium, quæ alimentum recipiunt ab hepate, & venis, requiri præuias multas alterationes prædictas, quæ certe non possunt fieri subito, ut probat obiectio, ad nutritionem vero ventriculi non requiruntur tot alterationes, sufficit enim si cibus in chilum mutetur, quo affluit ventriculus, ut demonstrauimus nostra tract. de humoribus quælibet. 9.art. 1.in quem chilum verti celerrime vinum natura tenue omnino concedendum est. Chilus enim etiam ratione assūptorum quandoque tenuior fit quandoq; crassior, quo circa e. vino tenui facile, & breui tenuis chilus dignitur, quo celerrimè nutritur ventriculus; & ex eodem chilio celerrime sanguis dignitur, ex eoque spiritus. Atque hæc est ratio, cur in syncope ex affectu potissimum ventriculi, maximum remedium sit vini potus, quia vino celerrime ventriculus nutritur, celeriter ex eo sanguis dignitur, vnde celeriter etiam spiritus reparantur, & consequenter etiam corpus calefit facile à vino, quod ut probetur sit.

### Q V A E S T I O T E R T I A.

*An vinum calefaciat, refrigeret, humectet, efficcat.*

**A**lius communis vinorum effectus est calefactio, & humidatio, qua de re non leuis est inter Doctores Medicos contiouersia, ut videre est apud Valles.lib.9.cōtrouer.c.7.Ioannem Costæum lib.2.de potu in morbis c.5. Manardum lib.14.epist.3.Zechium libello de curandi ratione in yrbe c. de vini temperamentu. Latinum Tancredū lib.

2.de

2. de fame,& siti,c.20.& apud alios.Quidam enim calefaceret,& humectare vinum putant;atque ita absolutè vinum calidum humidum pronuntiāt; alij calidum siccum vinum esse malunt,& calefacere,ac esiccare;alij vina quædam calida, quædam frigida esse putant, illa per hos sunt vetusta,fulua, & acria,hæc,nouella vina,& aquosa,& acida,austeraque. Alij vinum vt alimentum existimant humidum;& calidum , vt medicamentum vero esse siccum, quæ doctrina optime impugnatur à Vallesio lo.cit.quia eadem vi, & substantia , qua vinum alit corpus,medetur etiam corpori ; si igitur est vt alimentum calidum humidum,erit etiam vt medicamen- tum. Vt hæc quæstio decidatur .

**Notabile.**

Notandum est vina posse dupliciter considerari,vel respe-  
ctu habito ad aquam,vel respectu ad naturam nostram cu-  
ius respectu,Galenus,vt patebit, nunc calidum , nunc frigi-  
dum vinum vocat .

**Conclusio****Probatio.**

Prima conclusio. Vina omnia respectu habito ad aquam potabilem,de qua dictum est tract.superiori,sunt calefacien-  
tia,& esiccantia. Probatur apertissime,quia vt constat ex di-  
ctis tract.de aqua,aqua est frigidæ,& humidæ naturæ,& fa-  
cultatis. Sed vinum contrarias aquæ habet virtutes,vt palā  
est apud omnes;ergo si aqua vim habet refrigerandi, & hu-  
mectandi;vinum respectu habito ad aquam,vim habet cale-  
faciendi,& esiccandi . Atq; hanc doctrinam distinctè docet  
Galenus 7.meth.med. c. 6. in med. ubi primò meminit uini  
aquosi,antiqui,austeri,& aliorum; tūm fusè docet aquæ ui-  
tia ab aquæ frigiditate pendentia,& subdit hæc uerba(at ue-  
ro memoratorum uinorum uirtutes comprehensis iam aquæ  
uitijs,aduersam quodammodo naturam habent) ubi notan-  
dum est ly.quodammodo, dici ut denotetur uina non esse  
omnino aduersa aquæ;sic enim aquæ opponitur ignis; sed  
quodammodo;quia sicut aqua refrigerat, & humectat cor-  
pus,aliaque efficit consequentia eius frigiditatem, & humili-  
tatem,de quibus Galenus lo.cit. 7.meth.6.Contra uinum  
calefa-

calefacit, & esiccat, nō quidem sicut ignis, sed quodāmodo,  
nunc magis, nunc minus, pro ratione diuersitatis uini cali-  
dioris, uel minus calidi, ut explicabitur. Confirmatur quia  
aqua est simplex corpus; quare ei competunt solæ virtutes  
pendentes ex propria forma, & ex proprijs qualitatibus, quæ  
ad frigiditatem, & humiditatem inclinant; Vītū uero est  
corpus mixtum ex elementis, inter quæ cum aliqua sint cali-  
da, & secca, necessario caliditatem, & siccitatem participat,  
& cōsequēter sui natura uīnum est aqua calidius, & siccus.  
Confirmatur amplius ex eodem Gal.lib.8.de simpl.med.fa-  
cul.sect.cui titulus est, Oenos, Vinum, ubi sic habet. (Vīnum  
ex secundo est ordine calefaciētūm, sed quod admodum ve-  
tus est ex tertio, sicut mustum quod uocant ex primo; calidi-  
tati eius proportione respondet siccitas.) Ex quibus patet  
primo ex Galeni uera sententia iuxta hanc Conclusionem,  
uīnum in qualibet ætate semper esse calidum, magis tamen,  
& minus, pro ut magis, minus est antiquum, uel nouellum.  
Patet 2. non bene Vallesium lo.cit.putasse mustum non esse  
uere uīnum, in quā sententiam abijt etiam Mercurialistrac.  
de uīno & aqua c.4. ubi etiam uīnum dulce putat non esse  
uere uīnum, & illo nititur fundamento, quia tum mustum,  
tum uīnum dulce non inebriat, quod falsissimum est, ut satis  
constat unicuique.

1. Confirm.

2. Confirm.

Mustum est  
verè uīnum.

Secunda conclusio, respectu habito ad naturam nostram, 2. Conclus.  
aliqua vīna sunt calefacentia, aliquā refrigerantia. Proba-  
tur experientia, qua constat à quibusdam vinis, puta fuluis,  
flauis, vetustis, nos valide calefieri, à quibusdam verò, puta  
aquosis, acerbis, austeri, acidis, nos manifestò refrigerari, li-  
cet vīna omnia sint calidiora quam sit aqua, vt probatum est  
conclusionē præcedenti. Confirmatur ex Galeno, qui hanc  
doctrinam diserte docet lib.de succorum bonitate, & vitio  
c. 11. in fi. vbi docet homini temperatūra calidissimo vīlius  
aquam bibi, quam uīnum, & subdit, (quod si quando vīno in  
digeat, dandum quod tenue sit, & mediocriter austерum) ob-  
cam

Confirm.

eam rōnē, quia tenuē & austērū vinū est refrigerans natu-  
ram calidam, quod amplius explicans Galenus, caput totum  
concludit his verbis. (At in vinis vetustissimum, quod Roma-  
ni Cœcubum vocant, ab albo, & austero, & nouello, crassoq;  
vino tantum distat, vt alterum vehementissime calefaciat, al-  
terum sensibiliter refrigeret. Est igitur in Galeni sententia,  
aliquod vinum non simpliciter, & absolutè, sed respectu ali-  
cuius temperaturæ sensibiliter refrigerans, cum respectu a-  
quæ illud idem sit calidum. Sed contra.

## ¶ Obiectio.

Obiecties primo. Vinum omne nutrit, vt supra probatum  
est; sed omne nutrimentum, quatenus nutrimentum est, ani-  
malis calorem auget, vt hiscemet verbis docet Galenus 3.de  
temper.c.2. ante si: ergo nullum vinum est refrigerans.

## Responso.

De sensu p-  
ositionis :  
Omne nutri-  
mētum qua-  
tenus nutri-  
meneum, ani-  
malis calo-  
rem auget.

Respondeatur minorem propositionem, omne nutrimentū  
quatenus nutrimentum, animalis calorem auget, dupliciter  
posse considerari, vel formaliter, id est caloris forma, & qua-  
litas augetur, & intenditur à nutrimento, & hac ratione voi-  
uersaliter falsa est; neque in eo sensu à Galeno accipitur, vt  
liquidò patet; tum quia quamplurima alimenta actu refrige-  
rant, vt lactuca, hordeum, cucumeres, pepones, cucurbita, &  
sim. de quibus late Gal.lib. 1. & 2. de alimento, facul. tum quia  
si alimenta omnia partium calorem actu, & formaliter auge-  
rent, numquam senesceremus, & frigidum temperamentum,  
ad quod ætatum decursu deuenimus, numquam nos occupa-  
ret; Vel considerari potest materialiter, id est omne nutrime-  
tum vt sic, præbet materiam & pabulum calori nativo, qua-  
tenus ex alimento reparatur substantia caloris nativi, cuius  
vi substantia nostrarum partium difflat, & perspirat, vt fuse-  
diximus nostra tract. de febribus. Et hac ratione vera est pro-  
positio posita; quodlibet enim nutrimentum quatenus nutri-  
mentum, auget, & reparat substantiam, quæ deperditur, licet  
non omnino similem quo ad quantitatem, & qualitatem. Et  
sub hac consideratione prolata propositio est à Galeno cit.  
Io. vt patere potest legenti, vnde nil sequitur contra secun-  
dam

q. 6. sect. 1.  
art. 3. & 4.

eundam conclus. esto enim vinum nutriat, & reparat, siue  
augeat substantiam caloris natiui, adhuc potest refrigerando  
quoquo pacto, substantiam reparare, & augere: sicut etiam  
à lactuca, hordeo, alijsque frigidis cibis nos refrigerantibus,  
nutrimentum accipimus. Sed contra.

Dices primo, quia Gal. cit. lo. habet hæc verba (sic profe- 1. Instantia  
cto & in animalibus cibi, qui vti prorsus assimilentur, & cor-  
pus nutriat, spatio egēt, hi frigus vniuersi potius quā calorē  
afferre in præsenti videntur; Ceterum calefaciunt hi quoq;  
tandem non secus ac reliqui cibi, si semel vt corpus nutriat,  
sint consequuti) quibus patere potest per Gal. nutrimentum,  
quod actu nutrit, de quo est sermo, & consequenter vinum.  
omne actu nutriens, caleficere partem, quæ nutritur, & in-  
tendere eius calorem, & refrigerare solū antequam actu nu-  
triat nutrimentum, quod difficilis est coctionis, quale non  
est vinum, quod in genere est eorum, qui vniuersi, & celeri-  
ter nutriunt. Respondeatur Galenum his verbis etiam debere Dilutio  
intelligi de calefactione materialiter, vt dictum est, per pabu-  
li scilicet administrationem, & reparationem substantiæ.  
quod euidenter ostenditur, Cum enim cibi difficilis coctionis  
antequam nutrit, refrigerent, vt dictum est, vt sint ido-  
neum, & actuale nutrimentum, debent calefieri; non igitur  
maiorem possunt retribuere calorem eo, quem receperunt à  
partibus, & consequenter partium calorem non augent for-  
maliter, seu gradualiter, sed materialiter, per substantiæ par-  
tis reparationem, & instaurationem, seu nutritionem, & ac-  
cretionem, qua multiplicata, partium calor est valentior; At  
que hoc idem accidit in vinis refrigerantibus, qui difficilius  
concoquuntur, ac diutius morantur in vetriculo, vt dicetur.

Dices secundo, ex doctrina mox tradita sequi, nullum vi-  
num esse esiccans; quia cum vinum quodlibet nutrit, & per 2. Instantia  
nutritionem reparetur substantia humida defluens vi calo-  
loris insiti, sequitur vinum quodlibet humectare, non esicca-  
re; qui etiam humectare magis quam aquam, quæ nullate-

Dilatio.

nus nutrit, vt conclusimus superiori tract.de aqua. Respon-  
detur negando sequelam; quæ enim humida substantia ex  
nutriente vino reparatur, nunc potest esse humidior, nunc  
minus humida, & siccior, pro diuersitate vini aquosioris, vel  
**In quo sen-**  
**fu vinum di**  
**ci possit ma**  
**gis humidū**  
**quam aqua.** minus aquosí, magisque vinosí, ac magis esiccantis. Et ratio-  
ne humidæ alimentalis substantiæ esse verissimum, vinum  
esse magis humidum aqua, ex qua nullatenus nutruntur par-  
tes. Atque hac ratione intelligendus Galenus in lib. Hypp.  
de rat. vi. et. in acut. com. i. in tex. 22. vbi mulsam, & vinum do-  
cet magis humectare quam aquam, scilicet humiditate ali-  
mentali. Sic pariter intelligendus i. de sanit. tuen. c. 11. vbi  
denegat vinum pueris, quia non est utile pueris supra quam  
par est, humidos, calidosque fieri, humiditate scilicet nutri-  
te partes. Dici autem debet aqua simpliciter vino humidior;  
quia ab ea solum qualitatue humectantur partes, & excre-  
mentitia copiose tribuitur corpori humiditas, nō sic à vino,  
quod licet sit aquosissimum, adhuc minus quam aqua excre-  
menta humida generat, & non solum qualitatue, sed substâ-  
tifice humectat, vt explicatum est.

2. Obiectio.

Obijcies 2. Galenus cit. lo. 3. de temperam. c. 2. ita scribit  
(sic igitur & vinum vbi plus bibitur, quam vt vinci possit, tan-  
tum abest vt animal calefaciat, vt etiam frigidiora vitia gi-  
gnat. quippe apoplexiæ, & paraplexiæ, & caros, & comata, &  
& neruorum resolutio, & comitiales morbi, & eouulsiones, &  
& tetani immodicū vini potum comitantur, quorum vnum  
quodque frigidum est vitium) ergo quodlibet vinum est fri-  
gidum potentia actiua, id est quodlibet vinum habet vim re-  
frigerandi. alioqui si vinum aliquod haberet vim calefacien-  
di, ab eo, vbi maior copia biberetur, maior fieret caliditas in  
corpore, ob physicum axioma, Maior virtus est in maiori  
quanto.

Responso.

Respondetur hoc argumentum videri pluribus facile sol-  
ui. si dicatur vinum in magna copia, & quantitate assumptū,  
suffocare calorem natuum, sicut & ligna plurima imbecillæ  
flam.

flammæ superimposita, & oleum confertim eidem flammæ;  
 & multum superinfusum,flammam suffocat, & extinguit, qui  
 bus exemplis vtitur idem Gal.lo.cit. Sed sane ex his exem-  
 plis vis obiectionis confirmatur mirifice; sicut enim ligna,  
 & oleum non habent vim flammam aetiuè calefaciendi, sed  
 solam habent potentiam passiuam ad recipiendam formam  
 flammæ,qua ratione dicuntur lignæ,oleum, & similia ignis,  
 & flammæ materia. Et quia in magna copia non possunt à  
 flamma igniri,flammæ vis, & ignis sopitur, & extinguitur ab  
 ipsorum actuali frigiditate, & humiditate , quæ naturæ ignis  
 aduersantur. Ita etiam cum à copioso vino frigidi proueniūt  
 morbi,sequetur vinum non habere vim actiua calefacien-  
 di bibentem, sed passiuam, & materialem . Dicendum igitur  
 est vinum duplici constare calore, alio actuali , alio potētia-  
 li, qui calor actualis pusillus admodum est, ita vt vinū quod-  
 libet actu videatur ad sensum tactus frigidum sicut aqua. po-  
 tentialis vero calor in quibusdam vinis puta vetustis, fuluis,  
 & similibus, vt dicerur, vigens est admodum, Verum poten-  
 tialis calor vinifacultatem calefaciendi nō habet, nisi prius  
 vinum actualiter calefiat in corpore. Cum igitur vinū quod-  
 libet copioso admodum bibitur, morbos frigidos inducit, nō  
 quia virtute calefactua careat ; sed quia illam exercere ne-  
 quit, quia copiosè assumptum, valde refrigerat corpus ratio-  
 ne actualis frigiditatis, quæ in magna quantitate est valde  
 actiua, & consequenter nec vinum potest calefieri, nec per  
 vim propriam recalfacere corpus. Atque tota hæc doctrina  
 admodum notanda, est expressa Galeni 3.de temperam.c. i.  
 vbi fusè docet, aliud esse energia, siue potestate, siue virtute  
 calidum, frigidum, humidum, siccum; aliud esse actu tale, id-  
 quæ in medicamentis præcipue exemplificat, quæ calida sūt  
 energia, seu virtute; & ut nos calefiant , debent calefieri  
 prius à nobis; quod disertis his verbis expressit ante fi. citati  
 cap.(quippe alio genere calefit is, qui ab igne, vel sole inte-  
 pescit, alio is, qui à prædictorum quoquis medicamentorum,

De duplice vi  
 ni calore a-  
 ctuali, & po-  
 tentiali , &  
 quo calore  
 nos calefa-  
 cit, & quo  
 modo.

illa namque actu sunt calida: medicamenta nequaquam, itaque nec calefacere nos valent, priusquam actu talia fiant, at quod actu talia sint, id à nobis accipiunt, veluti calami ab igne.)

Quæres vnde medicamenta habeant, & vinæ tum actualem caliditatem, frigiditatem, humiditatem, siccitatem, tum potentiam, seu virtualem, Respondetur actualem haberi ex elemotorum mixtione, ex quorum qualitatibus varie refractis ad invicem varia vnicuique temperatura actualis consurgit, magis, minusue actu calida, frigida, humida, sicca; Potentiam vero, seu virtualem non satis constare unde proficiatur, de qua re fusius cum Galeno disputandum est in tractatione de medicamentis. Interim recepta physica, & ueriore doctrina, dari formæ substanciales. ab his tum in medicamentis, tum in uino oriri uim calefaciendi, dicendum est.

## Q V A E S T I O Q V A R T A.

### *De vinis tenuibus, & crassis.*

**T**RIBUS præcedentibus questionibus generalem uinorum doctrinam explicuimus, nunc magis particularē aggredimur, de singulis uinorum differentijs quest. 1. not. 2. assignatis specialiter tractantes, excepta ea, quæ ex coloribus sumitur. tum quia plerumque fallaces, & malitiosi sunt colores uini, ut innuemus. Tum quia Galenus ipse com. 3. de rat. uict. in acut. com. 2. habet hæc uerba. (Color siquidem sua ratione nullo pacto uel iuuare, uel loedere potest)

Vina autem tenuia potissimum sunt aquosa, qualia in omnibus regionibus gigni, etiam in Aegypto testatur Galenus 3. de rat. uict. in tex. 8. ubi uina crassa & fortia in calidis regionibus plurimum otiri refert. Verum dantur uina tenuia, quæ etiam uinosa sunt, ut est quod græcum apud nos dicitur, un-

de

## Quæstio quarta.

41

de patere potest tum album, tum flavidum, & fultum, tenuum  
vinum esse posse, ut constat etiam ex Galeno in lib. de fra-  
cturis com. 3. in tex. 21. & alijs in lo. citandis concl. 2. Vina,  
etiam crassa possunt esse tum ex alborum genere, tum ru-  
beorum, tum nigrorum, ut satis patet. Et quidem alba crassa  
apud nos sunt tum id, quod græcum dulce vocant, tum fal-  
ghinum, quod puteolis gignitur, tum sorbignum dictū, quod  
in Insula Aenariæ oritur, tum quod rouiellum appellant,  
quæ omnia principio tutbida etiam sunt, ac temporis processu  
& in subflavum colorē mutantur, & magis nitentia fiunt,  
& tenuiora. In hac quæstione solum tenuitatem, & crassitatem  
consideramus, quæ scilicet propter tenuitatem, & crassitudinem  
facultas vinis sit tribuenda; quæ enim in eisdem metu vinis  
ratione saporum, odoris, & similiū qualitatum insit vis, &  
potestas, ex dicendis apparebit. Sit igitur.

Priima Conclusio. Ceteris paribus, Vina tenuia minus nutriunt  
triunt vinis crassis; Inter vina autem crassa, alba minus nu-  
triunt vini rubris, & nigris. Tenuia autem celerius nutritur  
vinis crassis. Est ex professore Galenij 3. de alim. fac. c. 40. & 2.  
aph. in aph. 11. & 18. Et probat tum experientia, qua con-  
stat ex crassioribus vīnis maius nos iobut accipere, & con-  
sequenter maius nutrimentum, tum etiam ex eo, quod crassi-  
sus vinum est magis simile tum sanguini, tum partibus nu-  
triendis, quocirca maior copia sanguinis ex crasso vino, gi-  
gnitur, & copiosus nutrimentum præbetur à vino crasso quā  
a tenui. Item etiam similius sit sanguini vinum rubrum quā  
album: vina enim rubra quam minima, ut inquit Gal. 3. de  
alim. fac. c. 40. cie, ègent mutatione, ut sanguis siant. copio-  
sus ex rubro vino elicitur nutrimentum, quam ex albo.  
quocirca in hunc sensum bene Schola Salerni videtur inter  
alimenta multum nutritrix connumerare vina rubra in-  
quiens.

Oua retentia, Vina rubentia, pinguis terra,

Cum autem hæc vina crassa difficilius immutentur quam  
tenuia,

tenuia, sequitur quod afferit etiam conclusio, celerius nutritre vina tenuia quam crassa, & mediocriter quo ad copiam nutrimenti, & celeritatem & tarditatem nutritionis se habere vina mediocrem crassitatem, & tenuitatem obtinentia.

## Obiectio:

Obiecties non valere Galenicam rationem, idcirco nutritre magis vinum rubrum, quia similius est sanguini, quam album; Etenim nutritio non sit per solam mutationem in sanguinem; sed primo verti debet in chilum in ventriculo, cui cum sit dissimile vinum rubeum. Est enim chilus candidus similis tremori ptissimae, ut dictum est tract. de humoribus; difficilius in chilum vertitur quam vinum album, & consequenter in chilum versum rubeum vinum, nullam habet cum sanguine similitudinem, ac proinde nulla est allata ratio; quæ magis concludet de vino albo, quod cum sit similis chilo, quam vinum rubeum, copiosiorem chilum producet, & consequenter copiosiorem sanguinem, & tandem magis nutriet quam rubeum vinum, potissimum si vinum album sit etiam crassum.

## Responsio.

Respondetur vinum rubeum, cum vertitur in chilum, non omnino spoliari rubidine, sicut neque cetera cibaria, quæ extremos habent colores, qualia sunt olera viridia, quæ neque spoliantur omnino viridi colore, cum in chilum mutantur in uentriculo; atque idcirco excretiones alui quædoque ingestorum colores referunt, ut patet experientia, & dicetur fusis à nobis Deo dante, tractatione nostra de excretionibus alui idcirco etiam, ut diximus supra ex Galeno, animalia quædam viridium herbarum, quibus nutriuntur, colorēm referunt. Et solammodo chilus ualde albus similis tremori ptissimae sit, cum ingeruntur cibaria alba, qualis est panis optimus; Vnde adhuc firmum remanet, chilum ex uino - rubro productum, rubidinem reuinere, ob quam sanguini cū magis sit similis, copiosiorem sanguini gignendo præbebit materiam, & consequenter copiosius nutriet quam uinum album; ex quo chilus sit magis candidus, magis dissimilis sanguini,

q. 1. ante f.

guini; in quem consequenter non ita copiosè mutatur, nec consequenter ceteris partibus, ita copiosam præbet nutrimenti materiam, sicut uinum rubrum, ut conclusimus, & ex Galeno probauimus.

Secunda Conclusio. Vina tenuia sunt magis aperientia, & urinam cipientia uinis crassis, quæ potius astringunt, & obstruunt. Ita docet Galenus sc̄epissimè, præcipue 2. aph. 11. de succor. bonit. & uit. c. 1. 1. 4. de sanit. tuen. c. 4. ante fi. 5. de sanit. tuen. c. 5. de attenuante uictus rat. c. 12. & 7. meth. med. c. 6.

Probatur, quia crassa uina, siue alba sint, siue rubea, siue ad nigredinem accendentia, crassos, glutinososque succos prodignant, quæ consequenter tum in uentriculo, tum in hepate, tum in uenis omnibus diutius morantur, & haerent; contra uero uina tenuia tenuem, & minime glutinosum efficiunt succum, quique uim dissecandi ob tenuitatem habet. glutinosos humores, ac proinde minus morantur tum in uentre, tum in hepate; tum in uis omnibus, & ut Galenus loquitur omnino legendus lo. cit. 7. meth. 6. (digestionis vias aperiunt, pariter impellunt; ac nutrimentum sursum agunt &c.) & pau lo post (eoque sit ut etiam talia uina præter cetera urinas moueant, quando & ipsa totum corpus celeriter transeunt, & impetu cursus sui excrementa secum expellunt.) Confirmatur hæc ratio auctoritate magni Hyppocratis 2. aphor. 8. dum inquit, Eorum, quæ uniuersim, & uelociter nutriunt, ueloces quoque fiunt excretiones. Sed ut probatum est conclusione præcedenti, tenuia uina celerius nutriunt, ergo celerius excretiones faciunt, & excrementsa propellunt omnia, ne dum urinas, quas celerrime promouent respectu uinorum crassorum, ut cuique licebit propria experientia comprobare.

Obijcies, uina tenuia, saltem quæ aquosa sunt, parum recedunt ab aquæ natura, quæ, ut expressis uerbis docet Galenus cit. lo. 7. meth. 6. moratur in uentriculo, & in præcordijs diu.

3. Conclus.

An vina tenuia sint aperientia, crassa vero obstruentia.

Vini tenuis effectus ex Galeno.

Aquis vitia  
ex Galeno.

diutissimè, flatus excitat, fluctuationes efficit, ventriculi robur resolut, ac proinde deterius concoquit, nec digerendo per corpus alimento aliquid magnopere conductit; pariter igitur & vina aquosa, licet tenuia, & consequenter falsa vniuersaliter est posita secunda Conclusio. Vina s. tenuia esse aperientia.

Responso.

Vina aquo-  
sa sunt me-  
dia inter a-  
quam, & vi-  
nosa vina.

Respondetur ex eodem Galeni loco patere, vina hæc aquosa, quando non sunt nouella, & leuiter sunt austera, leuiterque astringentia, inter aquam, & vinosa vina medium naturam habere, & caloris quandam mediocritatem, quo circa licet frigida sint respectu vinorum acrum, & fortium, non tamen sunt frigida respectu aquæ, sed calida, vt supra probumus, & consequenter vitia prædicta, quæ aquæ tribuntur, non possunt aquosis vinis tribui, sed virtutes prædictis vitijs omnino aduersæ, vt Galenus ipse fatetur, & fusè prosequitur.

3. Instanciæ.

Dilucio.

Instabis, Galenus loc. cit. 5. de sanit. tuen. c. 5. expressè docet vrinam cœntia vina, esse tenuia, flaua, quæ calidissima sunt, ergo non sola tenuitas facit ad venatum apertione, & vrinæ facilem, & copiosam excretionem, & consequenter vina aquosa non sunt aperientia, & vrinam cœntia, licet sint tenuia. Respondetur nos non negare vina tenuia, fulua, & flaua vrinam prouocare, Verum hoc ipsum hæc vina efficiunt ratione tenuitatis, quod Galenus ipse hoc eodem loco fateatur. Cum enim à flauis, & tenuibus vinis senes adiuuari doceat, quod ab ijs excalsiat, & per vrinam expurgetur serum sanguinis, & aquosum excrementum, quo senes abundant; huius rei rationem reddens, inquit. (Porro id est, quod substantia quidem tenue est; quippe vrinas mouet) quibus clarè ostendit à tenuitate oriri urinarum expurgationem, & aperitionem uenarum, quod asserit conclusio.

5. Instanciæ. Instabis amplius, quia Galenus loc. cit. de succor. bonit. & uitio. c. 11. circa princ. inquit (quibus uero crassus humor in uenis redundat, ijs substantia tenue ex usu est, acre quidem,

ac vetustum) igitur ad venarum apertio[n]em nō facit vinum  
tenue aquosum. Respondetur legenti Galeni verba sequen- Dilutio.  
tia, facile patere solutionem, subdit enim immediatè (si frig-  
idus collectus in venis humor fuerit, qui si frigidus non sit,  
tum cui neutrum horum adest, cōuenit) tenuē igitur vinum  
acre, ac vetustum requiritur, cum crassi humores sunt frigi-  
di, contra crassitatem enim facit tenuitas, contra frigiditatem  
qualitas calida vini acris, ac vetusti. Si vero humores nō sint  
frigidis, sed crassi, & calidi, neq; acre, neq; vetustum debet es-  
se vinum, sed tenuē, & aquosum, de quo plura in seq. quæst.



Ex his clare colligitur vinum tenuē conuenire, & ex vsu  
esse ijs, qui abundant humoribus crassis, qui humores crassi  
si sint calidi, conuenientius erit vinum tenuē aquosum; si  
verò sint frigidis, ex vsu sunt vina tenuia acria, qualia sunt  
fulua, flaua, vetusta, vt dicetur. Crassa autem vina, vbi crassi  
abundant succi, detrimentum afferunt, vt fusè Gal. docet  
tum alibi, tum potissimum s. de san. tuer. c. 5. vbi idcirkò se-  
nibus inhibet vsum vini crassi, siue dulcis, siue austeri, quod  
quidem est magis noxiū, & ab vsu vini crassi in senibus, &  
in his, quibus humores crassi superfluunt, docet iecur, liene;  
& renes obstrui, & aquam intercutem, ac calculum produci.

At contra,

Instabis, qa 4. de rat. viet. in acut. tex. 111. habetur hydro-  
picis conuenire calidos panes ex vino nigro; constat autem  
manifeste vina nigra esse admodū crassa; ergo falsa mox al-  
lata doctrina. Respondetur allatam sententiā à Galeno cit.  
loc. appellari vulgarem, & inceptam, & cōuenire in hydrope  
vinum fuluum substantia tenuē, quod vrinas moueat, & vir-  
tutem roboret.

Instabis amplius, quia Gal. 2. aph. in aph. 11. ait vina cras-  
siora celeriter nutrire, sed quæ celeriter nutriunt, nō hærent  
in vijs, nec obstruunt, ergo. Respondetur Galenum cit. loc.  
habere vina crassiora celeriter nutrire respectu ciborum fo-  
liorum, vt liquido patet legenti, quod nos non negamus, &

Corollariū.  
Quibus con-  
ueniat vinū  
tenue aquo-  
sū, vel tenuē  
acre.

An hydropi-  
cis cōueniat  
vinū nigrū,  
au flauum,

D. loqui-

In quo sensu  
vina crassa  
dici possint  
celeriter nu-  
trire.

loquimur solum de vinis crassis respectu vinorum tenuium, quibus ut dictum est, magis nutriunt, sed tardius, & consequenter ex hac eadem ratione respectu vinorum tenuium sunt obstruentia.

---

## Q V A E S T I O Q V I N T A.

*De Vino aquoso, & vinoſo.*

Quid signifi-  
cat vinum a-  
quosum.

Quid signifi-  
cat vinum vi-  
nosum.

Varia vina  
aquosa Gale-  
ni tempore,  
& hoc tēpo  
re, apud Nea-  
politanos.

**V**ini aquosi nomine Galenus lib. i. de antidotis cap. 3. comm. 3. de rat. vict. in tex. 2. & 8. & 7. met. c. 6. intellegit vinum album, tenuem, & aquæ simile quo ad colorem, perspicuitatem, tenuitatem, facultatem, ita ut minimam sustineat aquæ mixtionem, quam ob causam oligophoron ab Hippocrate nominatur, & pauciferum, ut Galenus notat 7. met. 6. cit. & comm. 3. de rat. vict. in tex. 20. vbi etiā vinosum aquoso contrarium, poliphorum, seu multiferum appellari docet, quod ut bene temperetur, multam exigit aquam, & idcirco vinosum etiam dicitur, siue enodes, ut habetur 7. met. cit. Cuius generis multa sunt vina tum acria, tum sub dulcia, tum amara, tum flavi, tum nigri coloris, ut patebit ex dicendis infra. Aquosæ vero consistentiæ vina loc. cit. & 12. met. c. 4. (sunt Adrianum, & Sabinum, & Albanum, & Gau- ni tempore, rianum, & Tuscum, & Neapolitanum aminēum, quod scilicet in locis Neapoli vicinis gignitur) nostris temporibus apud nos sunt aquosa vina, quæ massaquana dicuntur à Surrentinis, apud quos vina quædam sunt aquosa facultate quidem, non autē colore, cum sint subrubea; Item aquosa sunt verdescha vulgo dicta, quædam etiam, quæ latina vocantur, & aspirinia nominata, quæ an sint aminæ à Galeno dicta, infra videbimus, solum hic vini aquosi virtutes aperiemus, vinosi enim vini vires, & usus patebunt infra, sit igitur.

Conclu-

**Conclusio.** Vina aquosa parū calefaciunt, parū nutriunt, & sunt ualde aperiētia. Est manifesta; & probatur facillimè. **Conclusio.**  
**Probatio.** Ex dictis enim constat uina dici aquosa, quia minimā aquę mixtionē sustinēt, & quod, ut p̄ bellè Galenus docet cōm. 3. de rat. uict. in tex. 20. (vinum siquidem aquosum lœuissimā in ligno vitis habuit transmutationem, lœuissimam quoq; & elementi terrei permixtionem, ita ut aqua sit, quę tum paullum terræ, calidæq; substatiæ assumpsit, particepsue fuerit, tū leuissima in horum coniunctionē indiguerit cōfctione) ergo sunt ualde frigida in uinorum genere, & consequenter minime omnium nutriunt, tum ob hanc causam, tum quia sunt tenuia, ut constat ex dictis quæst. præced. ob quam tenuitatem sunt ualde aperientia, ut etiam probauimus de uinis tenuibus. **Confirmatio** ex Galeno, qui hanc conclusionē ex professo docet 12. met. c. 4. circa finē, 2. aph. 18. comm. 3. de rat. uict. comm. 2. in princ. ubi uinum aquosum ne manifesto quidem caleficere docet, quod idem habet primo de antidotis c. 3. additq; nec uētris, uenarumq; coctionem euidenter adiuuare, nec deniq; bene alendo corpori cōducere. hanc eandem doctrinam repetit de succorū bonitate, & uitio c. 11. init. & alibi sépissime.

**Obiectio.** Obijc̄ies primo. Galenus de succor. bon. & uit. c. 11. ante fin. testatur uina aquosa bibita solere sanare capitī dolores, quibus corripiuntur homines ex aquæ potu præfertim uitiose, corroborato ab hoc uino uentriculi calore, & cōtemptrato, qua de causa uentriculus à se nocumentum deorsum propellit, ergo calefaciendi vim habet uinum aquosum.

**Responso.** Respondetur. Nos non negare, leuiter caleficere uina aquosa, ita ut corroborare possint uentriculū eius, qui aquā largius potauerit, quem naturaliter calidiorem habere uentriculum coniectandum est, qui ab aquoso uino facile reducatur ad naturalem temperaturam ab aquæ potu permutatam, ex quo nil sequitur, ut patet cōtra conclusionē. In hoc casu enim calefaciendo, atq; ita refrigeratum ab aqua uen-

**Quomodo** triculum, uinū contemperando, & uentriculo robur adden-  
**vini aquosi** potus sanet do, in causa est propulsionis humorū deorsū, ut fusè Gale-  
**capitis doloris** dol- nus docet loc. cit. & nos repetemus infra cum de vino exhi-  
**potu.** bendo capite dolentibus, agemus.

**a. Obiectio.** Obijcies 2. Galenus vires habentibus imbecillas, exhibet  
 vinum aquosum, non uinosum, sic enim inquit 7. met. med.  
 c. 6. in med. (Verum à uinoso cauendum est, quod imbecillas  
 vires feriat. At quod aquosum natura est; ceterum austorū,  
 id per commodum est.) ergo signum est uinū aquosum con-  
 uenienter nutrire, contra conclusionem, quæ putat parum  
 nutrire. imbecille enim vires non paruo, sed conuenienti  
 indigent nutrimento, ut reficiantur.

**Responso.** Respondetur vinum aquosum, austorū, verè leviter nu-  
 trire, quamquā leuius nutrit vinum aquosum sine uilla astrin-  
 gendi vi languidum, & exolutum, qualia ait esse nonnulla  
 ex Sabinis Galenus, qui hanc tradit doctrinā loc. cit. obiect.  
 præced. de succo boni. & vit. c. 11. & apud nos sūt massaqua-  
 na, Surrentina, ijsq; ex vicinis locis nonnulla omnino similia.

**Quādo vina** Sunt autem vina aquosa austera conuenientia habentibus  
 aquosa con- vires im-  
 ueniant im- bécillas, in quibus vt Galenus loc. cit. 7. met. 6. paulo  
 habencibus. ante allata in obiectione uerba fusè docet, cōcoquendi fa-  
 cilitas non est, in quibus etiā idonea nō esse docet alimēta  
 plurimi nutrimenti, si difficultia sint cōcoctū. quia igitur faci-  
 lius concoquuntur vina aquosa prædicta quam uinosa in ca-  
 stu, de quo Galenus agit, idcirco exhibentur aquosa, non ui-  
 nosa non quod aquosa uina ualenter nutriant.

**3. Obiectio.** Obijcies 3. Vina aquosa sunt astringentia saltem leviter,  
 ut patet ex loc. cit. & com. 3. de rat. uict. com. 2. init. ubi ui-  
 num aquosum docet non omnino ab astringendo excidere,  
 & astringendi qualitatem languidam habere; ergo non po-  
 test uinum aquosum esse aperituum, & urinæ prouocatiū.

**Responso.** Respondetur, ex Galeno hoc eodem loc. cit. patere, dici  
 uinū aquosum astringens, non respectu effectus, quem pro-  
 ducit in ijs, per quas transit, quas certè aperit sua tenuita-

te

te, & modica caliditate, ut dictum est supra, sed respectu gustus linguæ, cui astringentiam quandam præbet uinū aquosum, non aqua, ut disertis uerbis docet Galenus inquiens (nam si ipsum aquę comparaueris percipies manifestè ex ea cōparatione gustum huiusmodi uinorum eorum esse, quæ permodicam nacta sunt astringentiam.)

Instabis, Aqua optima est tenuior uino albo quolibet tenui, ut patet ad sensum, & probatur apertè; quia uinū quodlibet in ligno uitis aliquam elementi terrei recipit permixtionem, qualis non est in aqua optima, & tamen hæc aucto-re Hyppocrate de rat. uict. par. 3. tex. 40. tardè meat, neque aluum deiicit, neq; urinas mouet, lienem auget, iecurq; &c. ergo neq; uina aquosa aquę similia, debent esse aperientia, & urinam crientia.

Responderetur negando consequentiam, & ratio disparitatis est, quam loco citato affert Hyppocrates, quia aqua frigida est, & incoctilis, at uina aquosa caliditatem aliquam habent, & nutrimentū præbent, leue tamen, quam ob causam non moratur, & ab una ad aliam partem tum ui tractrice, tum expultrice facile mouentur, & transeunt, & suo im- petu excrementa propellunt, ut dictum est supra de uinis tenuibus, & crassis ex Galeno, qui clarius 3. de natural. facult. c. ult. in fin. Docens modum, quo ui tractrice nutrimentum defertur, de aqua, & uino sic subdit (ita nihil miri est uinum aqua propter qualitatis conuenientiam citius sursum assumi. ipsorum uero uinorum quod album est, & purum, tenuitatis gratia promptè in corpus digeri: sicut è contrario nigrum, & turbidum crassitudinis uitio per uiam hærere ac tardare.)

### Q V A E S T I O S E X T A.

#### *De Vinis acerbis, & austerioribus:*

**N**otandum ex Galeno lib. 2. de aliment. facult. c. 21. & 4. de simpl. medicam. facult. c. 8. austorū ab acerbo pa-

Vina aquosa  
leuiter sū: a-  
stringētia re-  
spectu gustu  
linguæ, non  
viarum, quas  
permeant.

Instantia.

Cur aqua nō  
sit aperiens,  
aperiat aue-  
rias vinum  
aquosum.

*Qui sunt sapores acerbi austeri, pötici, styptici.*

rum differre. Est enim austерum acerbū exolutum, & vt ex Platone docet 4.de simpl.med.fac.c.7.acerbus sapor est, qui valde exasperat linguam, austerus vero qui minus id efficit. hos duos sapores, acerbos, & austeros, Auctor libri de oculis particula 5.c.2.vocat ponticos, & stypticos, qua simili ratione ponticum vinum intellexisse Galenum, constat ex lib. de attenuante viētus ratione c.vlt.circa fin. Huius generis vīna acerba, & austera, quæ tum alba, tum nigra esse possunt, plurima gignuntur in hoc Regno; & sane acerba sunt, quæ apud nos, quod sorbi saporem referant, sorbinea, vulgo soruigna nominantur, quorum plurimus est prouentus in insula Aenariæ, austera vero sunt tum quæ rouella dici solent, tum quæ vulgo vocamus asprinia, quæ asperitatem linguæ tribuunt non magnam; vnde certe asprinij, scilicet parum asperi, nomen videtur deriuasse; & eius copia circa Neapolim maxima progignitur, nobilissimum autem omnium est id, quod in vicino Colle Pausilippo oritur, austерum, & minime acidum, Atq; hoc vinum proculdubio est, quod Neapolitanum amīnānum vocat Galenus 12. meth. med. c.4. Etenim vinū amīnānum Neapolitanum has debet habere conditiones; prima quidem est communis omnibus vinis amīnæis, scilicet sapor austerus, vt cōstat ex Galeno 4.de simpl.med.facult.c.8.vbi inquit (tantum austerus vitis amīnæ tū fructus, tum vinū.) alia conditio est, vt sit aquosum, tenue scilicet, & aquæ simile consistentia, colore, & viribus, & idcirco parum aquæ tolerans, quæ conditiones à Galeno tribuuntur Neapolitanō amīnēo, tum cit.loc.12.meth.4.tum 1.de antitodis c.3.& in vicinis etiam collibus Neapolii oriri testatur. tales autē cōditiones solum obtinet vinum asprinum ē Pausilippo colle, aquosum, & austерum leuiter ratione aquositatis, & si quid aliud simile gignitur circa Neapolim; quæ.n. asprinia acidū saporem participant, qualia plura sūt, hæc amīnæa nullatenus sunt dicenda. Neq; obstat Virgilij carmen.

*Sunt & amīnæ vites firmissima Vīna.*

Hoc

Hoc enim non verificatur de Neapolitano aminæo, quod aquosum est, & debile; quo circa omnino falluntur, qui Neapolitanum aminæum putarunt esse vinum, quod Græcum vocant, validissimum. sed de aminæo, quod in Sicilia, & Bithynia nascitur docēte Galeno loc. cit. i. de antitodis c. 3. Quod neq; etiam habet conditiones vini græci apud nos vocati ex monte Vesuvio, hoc n. non est austерum, quale cū sit Græcū vinum ex insula Aenaria, quod etiā firmum est, & validum, de hoc Aenariæ vino Græco valet affirmare, esse aminæum, de quo Virgilius cit. carmine, & huic similia esse vina aminæa, quæ in Sicilia, & Bythinia oriuntur.

Prima Conclusio. Vina acerba, & austera respectu nostri sūt in vinorum genere frigida, & refrigerantia. Patet ex locis omnibus citatis. 2. de alim. fac. c. 21. 4. de simpl. med. fac. c. 7. & 8. 3. de compos. med. local. c. 2. in med. in lib. de fract. com. 3. in tex. 21. lib. de suc. bonit. & vit. c. 11. in fin. & alibi sepiissimè, & probatur rationibus, quæ ex eodem colliguntur 4. de simpl. med. facult. c. 7.

Prima Ratio est. Quia experientia patet arborum omniū fructus nuper enatos, acerbos, esse, & siccōs, vt clare constat in olīuis, vuis immaturis, malis, malis punicis, pyris, moris, & similibus. Item experientia cōstat hos fructus omnes dulcescere tempore maturentes, quod tum insito, tum externo Solis calore efficitur, ergo dulcedo à calore; acerbitas, & austeras à frigore prouenit; & consequenter frigidam vim habent acerba, & austera vina, & fructus.

Secunda Ratio. Ab acerbo, & austero sapore manifesto 2. Probatio. lingua contrahitur, alpera redditur, & esiccatur; sed frigidus est contrahere, constringere, & densare corpora; plane igitur liquet frigidum esse saporem acerbum, & austерum, & talia vina frigidam facultatem habere.

Obijcies 1. quia Galenus inter calida vina numerat austерum 3. de simpl. med. fac. c. 20. & vinum austерum calidū esse videtur asserere 6. meth. c. 4. in med. ergo nō omnia austera sunt frigida.

Respon-

Quale vinū  
Græcum pos-  
sit dici ami-  
næum.

1. Conclusio.  
An vina acer-  
ba, & austera  
sit frigida.

1. Probatio.

1. Obiectio.

**Responso.** Respondetur Galenum non esse intelligendū de vino austero simpliciter, sed de leuiter austero, & simul etiam dulci, cuius generis vina austera scilicet, & dulcia; 4. de simpl. med. fac. c. 8. ait esse vina Surrentina, quod nostro tempore minime experimur, & rationem inquiremus infra; atq; ita verum afferit, hæc austera vina, & simul dulcia, esse calida, & tale vinum parum austерum, & simul dulce est tmolites, de quo Galenus loquitur cit. loc. in obiect. 3. de simpl. 20. quod vinū tmolites, si supra modum sit austерum, est etiam frigidum, vt clare colligitur ex eodem Gal. de succ. boni. & uit. c. 11. circa princ. ubi duplicitis generis esse docet uinum tmolites. 6. et meth. 4. cit. in obiectione Galenus non dicit uinum austерū esse calidum, sed esse calidius aqua, & actu calidū applicandum intestino inflato, quod per uulnus exciderit.

**2. Obiectio.** Obijcies 2. Galenus aduersus Lycum c. 4. uina astringentia ait esse generosa: austera autem sunt astringentia, ergo & generosa, & consequenter calida.

**Responso.** Respondeatur Galenum hoc loc. loqui de uinis austerioris alabis crassis, quæ temporis diuturnitate fiunt fulua, & dulcedinem, & acrimoniam acquirunt, & consequenter fiunt generosa, ut constare potest ex eodem 12. meth. c. 4. in med. & 4. de simpl. fac. c. 11. & dicetur infra, quod nō accidit uinis acidam habentibus qualitatem, cum quibus Galenus loc. cit. in obiect. comparat uina astringentia, quod non obstat nostræ conclusioni, quæ intelligenda est de uino austero ut sic, cū non adhuc alium saporem acquisierit.

**2. Conclusio.** Secunda Conclusio. Vina acerba, & austera parū nutriūt: sequitur ex præcedente conclusione. Cum enim frigida sint talia uina, sunt admodum dissimilia nostræ naturæ, quæ calido uiuit, & pabulatur; & paucashabet partes calidas, quæ in nutrimentum transeant. Confirmatur ex Galeno de succ. boni. & uit. c. 11. post prin. ubi inquit de uinis supra modum austerioris. (quod ea neq; alimento diducendo conferant, nec gignēdo sanguini, nec succi bonitati) & 3. dc alim. fac. c. 40. uinis.

vinis aquosis exceptis, omnium minime docet nutrire vina acerba, etiam si crassa sint. atq. hanc ob causam fugienda sunt in syncope, ut dicetur infra ex professo.

Obijcies, quia Galenus de attenuante vict. rat. c. vlt. in fin. vinum ponticum corpora bibentium evidenter nutrire docet, & probat experientia iuuenum, qui tali vrebatur vino, & in palestra se exercebat; quod idem experiri licet in insula Aenariæ, ubi robusti sunt homines, vtentes sorbinoe vocato vino, quod admodum mihi, & ceteris videtur acerbum, & asperum.

Respondeatur primo Galenum posse intelligi non de vinis absolutè ponticis; sed dulcedinem participatis, quam acquirunt, cum incipiūt veterascere vina sorbinea, & austera, quæ crassa sunt, quod non obstat conclusioni, ut patet, quæ loquitur de vino simpliciter acerbo, & austero.

Resp. 2. Galenū loqui de assuetis vti vino pótico, ut patet legenti, qui certe citra molestiam, & melius nutritiuntur huiusmodi vino quam ij, qui non consuevere, ut patet etiam manifesta experientia in Aenariæ insulæ incolis, qui vtpote assueti sorbinoe vino in omni ætate, ipso optimè nutritiuntur. magnam autem vim habere in alimentis consuetudinem, ut deteriora sint meliora vtentibus, & docet experientia, & rationem reddit Galenus lib. de consuetudine c. 2.

Tertia Conclusio. Vina acerba, & austera sunt astringentia. sequitur etiam ex conclus. 1. Cum enim hæc vina frigida sint, & frigidæ sit cōdensare, & constringere; sequitur necessario acerba, & austera vina esse astringentia. Cōfirmatur ex infinitis Galeni locis potissimum 2. de alim. facult. c. 2 r. vbi inquit (perspicuum autem est, quod astringens, acerbū, & austerum, tria hæc nomina qualitatem vnam significant) quod idem docet 4. de simpl. med. fac. c. 7. 5. de compos. med. per gen. c. 7. in fin. inquiens (nam quod austerum est, nec vetus, magis astringit) & 3. de rat. vict. com. 3. in tex. 8. sic habet (auterum vinum excretiones omnes cohibet) quod cl-

Obiectio.

Respoſio.

3. Conclusio.  
At vina acerba, & austera sint astringentia.

Eius

**Quibus con-**  
**ueniat vīnū**  
**austerum.**

rius explicat de succ.bonit.& vit.cap.ii.inquiens,(quod su-  
pra modum austерum sit , etiam si stomacho resoluto robur  
addit, ventrisq; maxime calida intemperatura laborantibus,  
hoc enim genere vinis utimur austерis, vt citam aluum sista-  
mus, alioqui non usuri, quod ea neque alimento diducendo  
coferant,nec gignēdo sanguini,nec succi bonitati,nec ciun-  
dis vrinis,nec sudoribus promouendis, neq; vero subducen-  
dā alio) idem docet de attenuante vīct. rat. c.vlt.vbi etiam  
noxium esse affectibus thoracis,& nauseam addit prouocare  
vinum austерum,& facile acescere in hypochondrijs,& solū  
debito modo sumptum sicut extingue, quorum omnium  
rationes patent ex dictis supra , quia frigida sunt talia vīna,  
parum nutrientia,& astringentia, qua de causa robur addūt  
solum laxo ventriculo,& fluenti , vt dictū est,& ob eandem  
rationē coferūt dysétericis 6.de sīpl.med.fac.c.de gnafalio.

**Obiectio.**

Obijcīes,Vīna asprinīa sunt austera,& tamen aperientia ,  
& vrinam cīentia, ergo falsum est austерum esse astringens.

**Responso.**

Respōdetur asprinīa vīna esse leuiter austera, quippe val-  
de sint aquosa,& humida; ab humiditate enim acerbitatem  
exolui docet experientia,& demōstrat Galenus 4.de simpl.  
med.fac.c.8.esse autem valde tenuia, & consequēter pene-  
trabilia,& vrinam cīentia ratione tenuitatis, ob quam vīna  
quoquo pacto astringentia mouere excretiones omnes , di-  
ctum est supra q. 4.& 5.in fin.

## Q V A E S T I O S E P T I M A.

### De Vīnis acidis.

An dētor vī-  
na acidi fa-  
poris natu-  
raliter.

**D**ari vīna acidūm saporem participantia, tum docet ex-  
perientia; talia enim sunt & quædā verdesca apud nos  
dicta, & quædam asprinīa nominata, nō quidem nobilia, sed  
vulgaria, & quædam Surrentina, & alia cōplura. Tum docet  
ratio.

ratio. Cum enim dentur vuae quedam acidæ, etiam si exactâ in vite maturitatem adipiscantur, vt docet experientia, & Galenus ex professo testatur, 2.de alim. fac. c.9. circa med. necessario quod ex his vuis vinum exprimitur, debet esse acidum; sicut ex dulcibus vuis dulce, ex austeriorum vi-  
num colligitur, vt omnibus est notissimum. Neq; obstat idem Galenus lib. aduersus Lycum c. 4. ante fin. inquiens (at in vi-  
nis astringens qualitas ab acida separata, vt bonitas à vitio  
est, quorum quæ adstringenti qualitate prædicta sunt, gene-  
rosa sunt; acidum vero secundum naturam nullum, quia si  
quid his parum acoris accesserit, cōtinuò, vt in acetum mu-  
tentur fore suspicamur.) non enim hoc loco negat Galenus  
dari vina naturaliter acida, sed solum, vult in naturali muta-  
tione, quam vinum recipit per sua tempora, nullam dari na-  
turalem mutationem in acidam qualitatem; cum enim parū  
acoris accesserit, mutatio fit in acetum; in quod facile etiam  
mutatur vina naturaliter acida, & aquosa, vt dicetur infra in  
quæst. propria de aceto.

Prima Conclusio. Vina acida sūt fere sicut acerba, & au-  
stera, frigida, & refrigerâlia. Est communis, & probatur tum  
auctoritate Galeni, qui acidum saporem frigidum esse docet  
4.de simpl.med.fac.c.7.8.12.& 13. quo ultimo loco aliquos  
refert putasse à calore prouenire acidum saporem. Tum ex-  
perientia, quam testatur Gal. loc. cit. 4.de simpl. 7. in fin. ab  
acidis non solum simpliciter, & absolute, sed etiam admixtis  
acribus, dulcibus, amaris; nos refrigerari. Tum Ratione, gi-  
gnuntur enim acida tum poma, tum fructus, cum ijs acerbis  
adhuc existentibus, & frigidis terreis aduenit humiditas, &  
modicus imperfectusq; calor, quare frigidus est sapor acidus  
& frigida sunt acida vina. Confirmatur ex dicendis infra  
quæst. de aceto, vbi frigidum omnino acetum esse demon-  
strabimus, & à frigiditate ortum habere; pariter igitur acidus  
vinum frigidum erit censendū licet non ita intēse, sicuti est  
acetū, cuius aciditatis gradu vini aciditas est satis inferior.

1. Conclusio  
An vina aci-  
da sint frigi-  
da.

**a. Obiectio.** Obijc̄ies 1. quia vina acescūt tempore aestiuo propter calorem, ergo calor est causa aciditatis, & consequēter acidus sapor est calidus, & calidum est vinum acidum.

**Responſio.** Resp. à calore aestiuo vina p accidēs refrigerari, vt fūsius explicabitur infra cū de aceto tractabit ex Gal. 4. de simpl. c. 14.

**a. Obiectio.** Obijc̄ies 2. quia ex conclusionis ratione sequitur acidum saporem esse minus frigidum acerbo sapore, cuius contrariū experimur, & testatur etiam Galenus loc. cit. 4. de simpl. 12. in lucco omphacis, vñ scilicet acerbę, à quo minus refrigeramur quā ab aceto, à quo magis refrigeramur, ergo sapor acidus est frigidior austero, & acerbo. Respondetur ex eodē Gal. ibid. maiorem refrigerationem, quæ nobis aduenit ab aceto, non esse à maiori frigiditate, quæ insit aceto intēsior, quam in omphacij succo, qui tum acerbitatē, tum aciditatem participat Galeno docēte loc. cit. sed quia acetum tenuius est, & ideo celerius penetrat partes plurimas, quas ideo etiam cum mordicatione refrigerat; quocirca ad hypochondria ardētia magis Galenus laudet omphacij succū quam acetum. Quare in forma respōdetur, acidum saporem gradualiter esse minus potius frigidū sapore acerbo, virtuāliter vero, & effectuē ratione tenuitatis, esse magis frigidum sapore acerbo, seu valde austero.

**a. Conclusio.** Secunda Conclusio. Vinum acidum parum etiam nutrit. Est etiam cōmuniſ; Et probatur 1. auctoritate Galeni 4. de simpl. med. fac. c. 15. vbi post med. sic inquit (quæ itaq; summe acida sunt, acerba, aut amara, aut simpliciter aliam quāvis qualitatem, præter dulcem fortita sunt, ea omnia nutrit nequeunt) sed vina acida non sunt sumē acida, ergo per Ga-

**a. Probatio.** Ienū nutritiunt aliquātulum. Probatur 2. Ratione. Vina acida sunt ex frigidorum genere, ergo nō possunt magnam prebere nutrimenti materiam. Confirmatur quia aquosa sunt vina acida, quæ parum nutritiunt, vt dictum est q. 5, Confir-

**a. Confirmat.** mat. amplius, quia vina acida non sūt omnino inepta, sed tantisper apta ad potus usum, & ad gustum, & consequēter ualent

valét ad aliqualem nutritionem; hac enim ratione Galenus loc. cit. negat valde amarum nutritre, quia ineptū est linguæ gustui, & esui, quod his docet verbis ( si ut ergo quod est su nmc dulce, aptum esui est, quod vero solum, ac sincere a- marum, esui ineptum. sic quæ in medio sunt eorum, nutriunt quidem etiam, verum minus quam dulce.)

Obijcies. Vina oīa, dū concoquuntur in vētriculo, acidam 1. Obiectio: quandā recipiunt naturā, ergo vinū acidū est omniū aptissi- mū ad huiusmodi cōcoctionē, & consequēter ad nutritionē.

Respondetur argumentationis huius maiorē propositio- nem ex professo asseri à Petronio lib. 2. de viētu Roman. c. 9. & lib. 5. c. 13. & probari primo, quia à vino epoto sani homi- nes si vomant, acidum saporem experiuntur; Secundò, quia omnia, quæ coquuntur in ventriculo, mutantur in naturam sibi oppositam, & contrariam; Vinum autem, & acetum sunt sibi inuicem opposita, & contraria, in acidum igitur debet verti saporem vinum, & in acidam naturā dum in ventriculo coquitur. Sed hanc assertionem esse omnino falsam ip statu naturali sanorum, & in coctione perfecta, docet manifeſtētū Galenus loc. cit. 4. de simpl. 15. init. vbi semicoctos vocat cibos acidos, eosq; non perfecte superari à vētriculi calore.

Tum Ratio. Quia ex Petronij positione sequeretur contra omnium opinionem, & experientiam, vina dulcia, & dulces cibos minus nutrire quam cetera vina, & ceteros cibos, & difficultius quam vina acida, quibus dulcia sunt inepta magis adhoc vt transmutentur in acidā naturam, vt satis patet in- telligēti. Amplius omnes sciunt mel in quibusdam sanis na- turis in probum succū, in calidioribus in bilem verti in ven- triculo, vt fusè docuimus nostra tract. de humoribus q. 10. art. 2. conclus. 3. non igitur séper aceſcit cibus in ventriculo, sed tantum cibus is, & porus, qui frigidus est ratione quali- tatis, vel quantitatis excedentis; vel in frigido semicoquitur ventriculo. Neq; quidquam probant Petronij Rationes. Et ad primam dicendum, sano quidem homine in ceteris, sed male

Responsio.  
An quæ co-  
quuntur in  
ventriculo,  
mutentur in  
acidā natu-  
ram.  
Petronij o-  
pinio, & ra-  
tiones.

Vera opinio  
& eius ra-  
tiones.

Soluuntur  
Rationes  
Petronij.

male coquente ventriculo siue ob inopiam caloris , siue ob copiam epoti vini, vel ingesti cibi, ab epoto vino acidum vi-  
num vomitu posse rejici. Ad secundam dicendum, falsum af-  
sumi; quæ coquuntur in ventre, mutari in naturam oppositā,  
& contrariam, quale est acetum vino. sic .n. acetum assum-  
ptum verteretur in ventriculo in naturam vinosam , contra  
experiētiā, & veritatē; Vertitur igitur id, quod coquitur,  
in chilum diuersæ quidem naturæ, sed quādoq; dulcis, quan-  
doq; acidæ, quandoq; amaræ, pro diuersitate eius, quod co-  
quitur, & ventriculi temperaturæ, ob quam, si calidior sit, in  
amaram bilem conuertitur, vt dictum est.

**Obiectio.**

Obiecties 2. Galenus 2. de aliment. fac. c. 9. de vuis acidis,  
& austeriſ ſic inquit (acidæ, austeraeque non huic modo rei,  
verū etiam coctioni in ventriculo, distributioni, ac nutritio-  
ni ſunt noxiæ, &c.) & paulo post ita ſubdit (acerbae vero, vt  
acidæ, etiam ſi ſuſpensiæ fuerint diutius, mutationem in dul-  
cius numquam poterunt aſſequi: quo circa ipsarum eſus per-  
petuo eſt cauendus) ex quibus patet haſ vuas acidas non  
nutrire in Galeni ſententia, cum ſint nutritioni noxiæ, & ca-  
uendus eſt eſus ipsarum. quod idem pariter dicendum de vi-  
nis acidis ob eandem omnino rationem .

**Responsio.**

**De vuarum  
nutritione.**

Resp. ex his confirmari conclus. , non .n. hoc loco negat  
Galenus ſimpliciter vuas acerbias, & acidas nutrire, ſed non  
æque bene ſicut dulces vuas, quarū vſum ait eſſe tutiſſimū ,  
cum moderate ſumuntur; quia calide ſunt, illæ verò frigidæ,  
& idcirco illarum respectu ſunt noxiæ, & vitandæ; quia paſſū  
admodum nutriunt; qua ratione ſunt noxiæ bona nutritio-  
ni; quod idem de vinis acidis vltro concedimus .

Tertia Concl. Vina acida ſunt attenuatiā, & conſequēter  
vrinā ciētia. Eſt expressa Galeni oīnō legēdi 2. de alim. fac.  
c. 21. ubi ſapori acido fuſe docet, cōpetere, qđ incidat, &  
refrigeret humores crassos, quia tenuē habet ſubſtantia, & fri-  
gidā, qđ idē docet Gal. 4. de ſimpl. c. 8. & patebit ex dicēdīs  
infra in propria quæſt. de aceto in fin. potiſſimum.

QVAE-

## Q V A E S T I O O C T A V A .

## De Vinis dulcibus.

**D**ulcedo, sicut & qualitates ceteræ amplam habent latitudinem, dulcissima autem vina non nisi crassa, nigraq; esse posse contendit Galenus de attenuante viat.rat.c.12.init.com.3.de rat.vict.in acut. in tex.2.& 7.& de succor.bonit.& vit.c.11.quo loço illud probat hoc argumento, & his verbis, (certè si mustum ex omnium maxime vino albo decoquas vsq; eo, vt sapa inde existat, colorem nigrum acquireret ad therçī instar) pariter igitur quæ nature concoctione sine vlo artificio addito vina gignuntur admodum dulcia sicut sapa, erunt crassa, & nigra. Huius generis vina exemplum ponit Galenus suo tempore dictū Therçū, & Scybellenites, hoc vero tempore, quæ prope Neapolim gignuntur admodum dulcia vina quædam nigra, & crassæ sunt vulgo dicta Mangiaguerra, & lagrimæ Galitti. His alia dantur vina eiusdem generis minus dulcia, minusq; pariter crassa, & magis rubentia, magisq; nitentia. Dulcia etiam dantur uina alba, & crassa admodum, quale est græcum dulce uocatum apud nos, & ex pallidorum genere plurima sūt subdulcia, quæ amabilia solent appellari, & sunt substantiæ tenuis, qualia Galenus 12.meth.med.c.4.plura numerat, præcipue Falernum Faustianum, & talia sunt plura apud nos quædam vina græca humida, vt loquuntur, quibus omnibus excellit iucunditate, & suavitate saporis græcum, quod in Pausilippo colle circa Neapolim oritur. his accedit Chiarellum vulgo dictum, Item similia sunt alia, vt Codacauallo vulgo dicta prædictis paulo inferioris roboris, & virtutis, & ad flauū colorē vergunt, & nitorem, & consistentiam, quæ inter aquosa, & crassa vina sit media, obtinent, vt Galenus etiam docet loc.cit.12.meth.4.& repetit com.3.de rat.vict.in tex.2. inquiens (neq; tenue exquisite, neq; album vidisti aliquando

Vina ad modum dulcia sunt nigra.

Dantur vina dulcia ex alborum generere.

Ad flauū colorē inclinatæ subdulcia vina, & consistentiam habent medium.

viniū

uinum dulce) quo loco manifeste patet Galenum loqui de uino admodum dulci, qualia non sunt Falerna, græca, & similia allata, quod est admodum notandum pro tollenda contradictione locorum Galeni in hac re. Cum uini dulcedine solent alij sapores connecti potissimum austerus sapor, ut in pluribus exemplificat Galenus tum in Falerno non tamamen Faustiano, tum in Surrentino, id quod de Surrentino nostro tempore neutiquam uerificatur, neq; enim ibi aut dulcia, aut uinosa uina gignuntur hoc tempore, sed penitus aquosa, & aciditatem participantia.

**Cœlusio.** Prima Conclusio. Vina dulcia, quatenus dulcia, sunt moderatè calida; Est Galeni, qui hanc doctrinam de omnibus edulijs dulcibus docet, non solum de dulcibus uinis 4. de simpl. med. facult. c. 9. 10. 11. & perbellè satis cit. c. 9. comparat dulce edulium aquæ calidæ, quæ nobis uoluptati est, cōcretas in nobis propter frigus particulas fundens, qua ratione omne edulium dulce calidum sane est, & iucundum, nec calore excedit, aut est molestum.

**Probatio.** Probatur Conclusio. quia experientia patet, quam Galenus etiam cit. c. 11. testatur auctoritate Aristotelis, & Theophrasti, fructus omnes, & uvas ad maturitatem perduci, & ad dulcedinem, tum proprio calore, & insito, tum plurima caliditate ascititia, quæ ijs impertitur à Solis ardore. quare quæ dulcia sunt, simpliciter sunt calida. Rursus calida sunt non caliditate excedente, sed mediocri, nobisq; congrua; sunt enim ut dictum est dulcia nobis iucunda, & amica, ac oblectationem inferentia, ut dictum mox est, & patet experientia manifesta; quare non possunt habere caliditatem excedentem nostris corporibus noxiā, & molestam. Confirmitur, quia experientia patet uina decoctione fieri magis dulcia; ut patet in sapa. Item uina austera, si dum musta sunt, origanum natura calidum iniiciatur, fiunt dulciora, teste Arist. sect. 20. probl. 35. est igitur dulcedo caliditatis effetus, & uina dulcia sunt calida.

Obij-

Obijcies 1. Vinum dulce sitim infert, ut Hyppocrates do-  
cet de victus rat. par. 3. tex. 2. & 5. ergo non habet modera-  
tam caliditatem, sed naturali intensorem, propterquam si-  
ticulosa molestia afficit.

Respondeatur ex cit. loc. patere vinum dulce inferre sitim  
solum corporibus picrocholis, i. calidis siccis, & amara bile  
abundantibus, in quibus sicut mel, ita dulce vinum amare-  
scit, & in flauam bilem vertitur, ab ipsorum temperie calida,  
& sicca, ut docet fusè Gal. cit. loc. in tex. 2. vbi ob eandem  
causam docet febricentibus vinum dulce non esse idoneum,  
potissimum si biliosi sint, quibus etiam iniucuda sunt dulcia  
vina, nec satis familiaria, ut colligere etiam licet ex Galeno  
Legendò 4. de simpl. med. fac. c. 10. unde nil contra cōclusio-  
nem, quæ loquitur de dulci vino respectu corporis medio-  
cris temperaturæ.

Obijcies 2. Multa vina dulcia sunt, & simul etiam austera, 2. Obiectio:  
vt Galen. testatur 12. meth. 4. vbi inter cetera falerni quod-  
dam genustale esse asserit, item Surrentinum vinum tū hoc  
loc. tū 4. de simpl. med. fac. c. 8. vbi sic inquit (austerus vnaq;  
dulcis fructus palmaræ, & inter vina Surrentinum, Sabinum,  
Abbes, &c.) id quod de Surrentino vino nostro tempore  
minime verificatur, sed de vino, quod Guarnaciā vulgo vo-  
cant, cuius generis vinum & ex alborū genere, & etiam ni-  
grorum gustare non raro contingit gustui tum dulce, tū au-  
sterū, siue adstringens quoquo pacto, & ventriculo accom-  
modum, ventriculumq; roborans, & calefaciens, ac proinde  
gustui suave, & iucundum, quas conditiones vino Surrenti-  
no tribuit Galenus loc. cit. 12. meth. 4. sed austерum vinum  
est frigidum, vt probatum est sup. q. 6. conclus. 1. ergo dulce  
vinum cum possit simul esse austерum, non potest esse natu-  
ræ calidæ; alioqui idem esse posset calidum, & frigidum,  
quod repugnat.

Respondeatur non repugnare idem secundū diuersas par-  
ticulas esse calidum, & frigidum, & consequenter vinni:

F secun-

**Quæ sit cau-  
sa variorum  
saporum in  
codē vino.** secundum diuersas partes esse austerū, & dulce; quæ doctri-  
na pluribus in locis à Galeno asseueratur potissimum 4. de  
simpl.med.fac.c.vlt.vbi etiam exemplū afficit rose, quæ ra-  
tione partium frigidarum, & terreatum gustantibus apparet  
acerba; ratione calidarum, & tenuium, simul etiam gustum  
refert amarum; vterq; autem sapor, acerbis, & amarus, non  
est summe talis in rosa ratione aquei admixti succi. quod  
pariter dicendū à nobis est de vino prædicto austero, & dul-  
ci, & si qui alij mixtorum saporum modi in vino, vel natura-  
liter, vel artificiosè experiuntur. varias scilicet in eo parti-  
culas existere, pro varietate saporum, vel naturaliter, vel ex  
arte commixtas.

## 3. Obiectio.

Obiecties 3. Vina dulcia cōseruantur dulcia maximè hye-  
mali, & frigido tempore, quod si calidum adueniat, mutatur  
vini dulcedo potissimum in acorem. Amplius ad conseruan-  
dum vintum dulce, in quibusdam prouincijs mōs est aquam  
adijcere certa, & nota apud incolas mensura, vt testatur Co-  
stæus lib. 2. de potu in morbis c. 14. sed tempus frigidum, &  
aqua siue calida, siue frigida adiecta, habent vim refrigeran-  
di, ergo vini dulcedo est frigiditatis effectus, & consequen-  
ter vina dulcia sunt frigida, non calida.

## Responso.

Respondetur vina dulcia conseruari tēpore frigido, quo-  
**Cur tēpore  
frigido vina  
conseruatur dul-  
cia.** usque non dissoluitur proprius, & nativus calor vini dulcis,  
quod si dñe sit, & dissoluatur eius calor, potissimum adue-  
niente calore, accidit ei mutatio in acorem; si uero sit uali-  
dum, acris sapor superuenit, ut fusè dicetur infra. ob quam  
etiam causam aqua dulce conseruat uinum: dum prohibet  
propria refrigerādi ui ne acris sapor calidissimæ naturæ su-

In quib. vi-  
nis admixta  
aqua fernet  
dulcedinem. si illud sit ualidæ, & generosæ naturæ; alioqui si fuerit debi-  
le uinū, aqua admixta acescer, ut ex dicendis constabit ma-  
nifeste, ex quo nil sequitur contra conclusionem, ut patet  
intelligenti.

Secunda

**Secunda Conclusio.** Vina dulcia quatenus dulcia ualde nutritunt. Est Galeni loc. cit. conclus. præcedenti, & 4. de simplic. cap. 15. ex quibus locis hæc desumitur demonstratio. Nutritio fit ad deperditæ substantiæ reparationem; sed substantia, quæ deperditur, erat familiaris, ergo quæ reparatur, debet esse pariter familiaris; sed maxime familiare, amicum, iucundumq; est dulce, ergo maxime nutriens. & reparans id, quod è nobis euacuatur, & diffilit, est dulce alimentū, siue is sit cibus, siue potus. Confirmatur quia sanguis humorum omnium dulcissimus, est maxime nutriens, quin etiam solus est nutriens in plurimorum sententia, de qua re nos latè diximus nostra tract. de humoribus quest. 9. ergo pariter maximè nutriens erit vinū dulce; & consequenter etiā est maximè temperatum, & mediocriter calidum respectu nostræ naturæ. quæ enim sūt ualde dissimilis tēperaturæ, longè absunt à natura nostra, & consequēter difficilius, ac minus posunt assūnari, & in nutriēdi corporis substantiā permutari.

Obijcies, quia ex hac cōclusione sequitur falsū esse quod supra conclusū est. q. 4. nempè crassum uinū maxime nutritre; maxime enim nutrit quod dulce est uinū, ut pote maximè iucundū, maxime amicum, & familiare. quamobrē rectè uidetur in hanc sententiam Schola Salerni cecinisse.

*Nutritius magis sunt dulcia candida vina.*

Respondeatur quæ ibi dicta sunt, huic Conclusioni nō esse contraria, inspeximus n. solam ibi uini crassitiem, quæ magis nutrit quam tenuitas. hic uero inspicitur uini sapor dulcis, qui saporum omnium est maximè nutriens, & inter uina candida, quæ dulcia sunt, sunt etiam maxime nutrientia, ut etiam uoluit Schola Salerni; quæ si putet dulcia vina & candida esse nigris, & dulcibus vinis magis nutrientia, non est recipiēda, iuxta ea, quæ ibidem, sūt determinata: rubra enim & ad nigra accendentia vina sunt sanguini magis similia. Verum vt diximus, Salerni Schola dulcia vina inter ea, quæ sunt ex alborum genere, quæ nigris opponuntur, plus esse.

F 2 nutri-

2. Conclusio.  
An vina dul-  
cia sint nu-  
trientia.

Confirmatio  
prime con-  
clusionis.

Obiectio.

Response.

nutritiuia putat. Vel certè citius, & celerius nutrientia ceteris nigris vinis dulcibus, quod omnino est concedendū; alba n.dulcia nigris dulcibus sunt tenuiora, & cōcoctū faciliora.

**Obiectio.** Obiecties 2. quibusdam magis familiare, & iucundū est unū acerbum, alijs magis suave est austерum, nonnullis acidū vi- num maxime conduceit, ut docet quotidiana experientia, ergo falsum est, unum dulce esse maxime familiare; & idcirco esse maxime nutriendis.

**Responso.** Respondetur has naturas, quibus familiaria sunt uina a- cerba, austera, acida, & similia, à mediocri temperie satis re- cedere, uel naturaliter, uel ab extrinseca causa, potissimum à consuetudine talia bibendi uina; ut fusè dicetur infra, id qđ non est contra conclusionem positam, quæ intelligenda est de naturis moderata tēperie præditis, quibus necessario ui- num dulce, suave, & familiare existit, quod est mediocriter calidum, & consequenter has naturas moderatas est maxi- mè nutriendis.

**Conclusio.** Tertia Conclusio. Vina dulcia, quæ crassa sunt, & nigra, sunt obstruentia: quæ vero tenuia sūt, & ad albedinem uer- gentia, sūt aperientia. Duas partes habet cōclusio, & utraq; probatur ex dictis supra q. 4. de uinis tenuibus, & crassis.

**Quæ vina dulcia ob- struant, in- dent, & fi- milia effi- ciunt.** Cōfirmatur prima pars ex Hippocrate de rat. uict. in acut. par. 3. tex. 2. ubi à uino dulci lienem, & iecur tumefieri, supe- rius intestinum inflari, flatus excitari, & diutius circa hypo- chondria morari docet, & tex. 3. subdit, minus urinas moue- re quam uinosum album; quæ omnia solū de dulci uino, & crasso uerificantur Galeno teste, qui etiam sicut & Hippo- crates, ut initio huius quæstionis monuimus, dulcis vini no- mine solum dulcissimū, qđ & crassū est, & nigrū intelligunt.

Confirmatur 2. pars ex Gal. qui loc. s̄epius cit. 1 2. meth. 4. salernum dulce faustianum, & similia vina valenter, & velo- citer p corpus digeri asserit, & idcircò utiliter valde in syn- cope exhiberi potissimum ex crudis humoribus, quia & val- dicant, &c. dē nutritū, & velociter deferūtur per corpus, & consequen-

ter

ter non obstruunt, sed aperiunt, & vrinas cident. quod etiam longo sermone explicat s. de sanit. tuer. c. 5. fusè docens vinum tenue, & ex pallidorum genere, seu flauorum, potissimum falernum senibus competere, vel aliud simile, immo vinum melle conditum, ut per vrinas expurgetur aquosum, quo senes abundant, excrementum, concluditq; longum illud caput, id quod nostra posuit conclusio, his verbis. (at quæ crassa, dulcia, & nigra vina sunt, ea omnia, propterea quod obstruunt visceræ, sunt fugienda.)

Obiecties 1. vina dulcia iuuant eductionem per sputa, teste r. Obiectio  
Hippocrate de rat. viet. par. 3. tex. 4. vbi sic inquit (sputum autem alio efficacius educit quod dulce est) ergo vinum dulce non obstruit. Neq; est quod quis dicat iuuari eductionem per sputa à vinis dulcibus tenuibus, non crassis, Galenus enim in cit. loc. sic inquit (sputum maxime omnium vinorum dulce educit, vbi non supra modum crassum fuerit) quibus patet per Galenum à crassis etiam, & dulcibus vinis iuuari eductionem per sputa.

Respondeatur huius difficultatis solutionē ex professo tradi ab eodem Galeno in Hippocr. loc. cit. in tex. 2. vbi à crassis, & dulcibus vinis liene, & hepar obstrui afferit, & tumefieri, non autem pulmonem, cum bronchia crassum habent humorem; quinimmo horum humorum facilior reddatur spuitio per vini dulcis potū. Quia in hepate, & liene admodum exiles venæ continentur, per quæ transiens crassum vinum, seu ex vino productus humor vini naturā referens crassam, necessario moratur, & inflatur; at ab his partibus vinum iam elaboratum, attenuatum, & confectum in amplam bronchiorum irruit capacitatē, & quia ampla sunt spatia, non obstruit vinum dulce crassum; legendus Galenus loc. cit. & de attenuant. viet. rat. c. vlt. & de succor. bonit. & vit. c. xi. quibus in locis admonet Galenus ad sputa educendā competere vinum dulce, crassum quidem, non crassissimum, vbi non adsit inflammatio, vbi cōcoctio adsit peripneumonia, & pleuritidis, vbi non fuerit

Responsio

Cur vina dulcia crassa non obstruat pulmonem, & bronchia, & adiuvet spuitionem,

suerit vitiū iecoris, lienis, & renū; Itemq; ratio assignatur,  
Cur à dulci vino facilior reddatur spuitio ex pectore; quia  
nimirum mediocriter attenuat, & crassifacit, prout ad edu-  
ctionem ex pectore requiritur, ex quo difficulter tum aquosí  
satis, tum satis ē contra viscosi ejiciuntur humores tussis vi,  
& expuitione per tussim. Atq; hinc est in picrocholis, & in  
his, quibus sitim facit vinū dulce, sputa nō educere, vt Hyp-  
pocrates docet tex. 5. quia in his sputa redduntur viscosa  
satis, nec idonea ad educationem.

**Obiectio.** Obiectio 2. Vinū dulce etiam crassū, est causa deiectionis  
alui, vt ostendit Hippocr. loc. cit. de rat. vii. par. 3. tex. 2. dū  
inquit (atque quis alio facilius per intestina descendit)  
qd̄ idē patet ex Gal. 6. de sanit. tuen. c. 7. circa princ. & 2. de  
alim. fac. c. 22. quibus in locis dulcia vina inter ea cōnume-  
rat, quæ aluum dejiciunt, & ventrem molliūt, qd̄ apertissime  
asserit de succ. bonit. & vit. c. 11. in med. ita inquiens. (dulcia  
autem vina, crassaq; qd̄ aluū subducant, nullus fere est, qui  
ignoret) ergo vinū dulce licet crassum non est de generē  
obstruentium, sed laxantium, & aperientium.

**Responso.**

Cur vinum  
dulce crassū  
superius in-  
testinum in-  
flet. Et  
Cur aluum  
dejiciat.

Respondetur negādo consequentiā, ipse .n. Hypocrates  
loc. cit. paulo post subdit (superius intestinum inflat, nō tamē  
inferiori pro flatus ratione est inimicum) quare saltē supē-  
rius intestinum obstruit copia flatus crassi, quem efficit; quā  
ob causam non est inimicum inferiori intestino, vt Galenus  
in hunc locum explicat, quia cum ad inferius intestinum ve-  
nit, perfecte iā coctum est, & tenuatum, sicut pariter dictum  
est de vino dulci crasso cum ad pulmones peruenit. Cur au-  
tem vinum dulce aluum dejiciat, vt sciatur, legendus Gal. 1.  
de alim. fac. c. 1. ante med. vbi rationem assignat, sic inquiens  
(eodem in genere quis possit ponere mora, dulcia cerasia, &  
ex vinis, quæ dulcia simul sunt, ac crassa, pepones quoq; , &  
quos melopeones vocant; quod humidi sunt, ac lenti, ven-  
tri subducendo sunt idonei, facultatemq; mediocriter ab-  
stergendi habent ,)

QVAE-

## Q V A E S T I O N O N A.

*De Vinis nouis, & veteribus; De Vinis acribus,  
amaris, falsis.*

**P**ræter vina acerbi saporis, vel austeri, vel acidi, vel dulcis, de quibus dictum est, datur vina naturaliter acria, & amara; quæ saporum qualitates quia vetustate vinis adueniunt, ut dicetur, idcirco acrum, & amarorum vinorum doctrinā in quæstione hac, in qua de viñis nouis, & veteribus agitur, exponimus. In qua etiā de vinis falsis aliqua subnecimus, quia amaris vinis sunt ualde proxima, quæ natura, & facultate sunt salsa uina; Neq; n. artificio solum salsa fieri uina putandum est, ut putauit Ioannes Costæus lib. 2. de potu in morbis c. 7. ubi nullum etiam uix genus falsum naturaliter esse affirmat. Etenim naturaliter etiam gigni tum falsas uinas, tum alios generis omnis fructus, tum ex his uinis falsum uinum exprimi, seruari, & bibi, manifesta constat experientia in Ciuitate quadam huius Regni Neapolis, quę Māfredonia dicitur, olim à Rege Neapolitanorum Manfredo condita, & in Adriatico Mari sita. Cuius tum agri, tum horti, tum uineæ plurimę ad litus maris positi sunt, ita ut increscens tantisper mare, seu fluctuās aliquantulum, tum hortos, tum uineas alluat, in quibus idcirco tum fructus omnes, tum uiae, & consequenter uina proligantur salsa. Id qđ fide dignissimi, & eius Ciuitatis nobiles incolæ mihi testati sunt; & Ratio hoc idem manifeste concludit. Si enim iuxta terrę varietatem variæ gignuntur vina, & varias habent virtutes, & eas admirandas quidem, ratione diuersi alimēti, quod vites attrahūt, ut fuse demonstratum est quæst. 1. omnino conceendum erit à falsis locis falsum alimētum vites attrahere, falsasq; uinas, & salsa vina ferre, salisq; virtutes habentia, ut dicetur.

An datur vi-  
na naturaliter  
falsa, sine  
artificio.

ARTI

## ARTICVLVS PRIMVS.

## De Vinorum temporibus; &amp; mutationibus:

1. Notabile.

**N**otandum primo, sicut cetera omnia per etates mutationem magnam accipiunt, & varietatem, ita & vina per sua tempora quo ad consistentiam, perspicuitatem, colores, sapores, odores permuntant naturaliter mirum in modum. Tria autem tempora vinis tribuuntur communiter, & à Galeno 4.de compos.med. per genera c. 5. circa med. Alterum est, in quo nouū vinum dicitur. aliud, in quo vetustum; & tertium, quod inter hæc duo tempora existit medium. Sane tum nouorum, tum veterum vinorum, tū medium magna est secundum magis, & minus differentia. maxime autem noua sunt, quæ multa dicuntur, & adhuc feruent, & ebulliunt: quibus quæ proxima sunt, dicuntur à Galeno recentia loc.cit. & nouella de succ.bonit.& vit.c. 11. quæ ad potus vsum non sunt adhuc vtilia. Cum enim vina sunt ad potus vsum vtilia, & accommoda, sunt in etate media. valde vetera sunt, siue antiqua, quæ tum acris sunt, tum amara, vt constat loc.cit. & 1.de antitodis c. 3. cir.princ. Amarus autē sapor ab omnibus facilime gustu dignoscitur; Acris vero saporis nomine non intelligitur is, qui acidus est, & frigidus, seu austerus, & astringens, vt quidam non solum nostro seculo, sed etiam Galeni tempore cum errore intellexerunt, quos falsos in vocabulis viros Galenus appellat 11.de simplic.med.fac.se&.de pinguedine, & adipe ante fin.sed per acre siue vinum, siue edulium Galenus tum loc. cit. tū fusius 4.de simpl.med.fac.c. 16.definit intelligendum ex communi omnium conceptu his verbis (quod fortiter dum gustatur, excalfacit, veluti piper, pirethrum, nasturtium, cępa, allium, & id genus omnia...).

Quæ sunt vi-na noua.

Quæ sunt vi-na medij té-poris.

Quæ sunt vi-na ualde ve-tera.

Definitio sa-poris acris ex Galeno.

2. Notabile.

Notandum 2. Vina omnia, quo magis sunt noua, magis esse crassa, & turbida; quo vero sunt veteriora, eo magis esse tenuiora,

tenuiora, & magis perspicua; vt patet experientia, & testatur Gal. loc. cit. 11. de simpl. med. fac. sed. de pinguedine, & adipice, & fusius de succ. bonit. & vit. c. 11. his verbis, quibus vinorum etiam mutationes quo ad colores explicantur (vinis omnibus, quæ quidem nec crassa valde, nec dulcia nimium sunt, vt Therēum est, & Scybellites, commune id est, vt temporis tractu colorem flauū acquirant, & splendescens non nihil habeant, ignis instar. Nam nigra quoq; cuiusmodi est apud nos, quod perperine prouenit, veterascentia in rubram prius, aut fulūam qualitatem, deinde in flauū quoq; colorē abeunt. Sic album quoq; quale est bithynum aminæum. in ueteratū ita vinum cœcubum Romani vocant.) Amplius quo ad sapores maxime tēporis tractu permutātur uina, vt constat experientia, & Galenus docet sœpissime, potissimū 4. de simpl. med. fac. c. 11. in fin. his verbis. (austera vero primum quidem tempore dulcedinem quandam, atque acrimoniam, deposita ad strictione, acquirere, ac deinde incremente acrimoniam, sensim dulcedinem deponere, ac subinde rursum maiori tempore acria admodū euadere, assidueq; amarescere.) Atq; hæc omnia vera esse, experientia comprobat. Quamquam nostrō tempore tale est mangonum artificium tum in vinis, cū adhuc musta sunt, & feruent, vñā cū vinaceis statuto quodam & ipsis comperto tempore retinendis; tum in vinis adhuc nouellis, & crassis vel oui albumine, vel alumine, vel sulphure, vel crebra trāsusatione, vel percolatione clarificandi, tū in nouellis cū acribus, & amaris vinis permiscendis, vt nouella vina quo ad colorem, tenuitatem, perspicuitatem, saporem, non amplius, sed vetusta appareant.

Notandū 3. has mutationes in vinis contingere non eodē tempore, in quibusdam enim citius, in alijs tardius eueniūt. quæ n. aquosa sunt vina, celerimē inueterantur, & quā primū bibi possunt Galeno teste 1. de antitodis c. 3. & de succ. bonit. & vit. c. 11. quibus in locis talia exēplificat esse Neapolitanū aminæum, albanū, quædam quæ in Thuscis nascuntur,

De vinorum mutatione quo ad ipse-  
dorē, & co-  
lores.

Nigra vina  
quædoq; fla-  
uēcunt.

De vinorum mutatione quo ad sapo-  
res.

Mangonum  
maliciæ, vt  
vina nouella  
videtur ve-  
tuta.

3. Notabile:  
Quæ vina ci-  
to inueteran-  
tur.

tur, in Sabinis, in monte Gauro, & alia similia, quæ in Asia sunt, ut Tibenum, Arsyinum, & Tiracazenum, quibus omnibus profecto antecellit hac in re nostro tempore Surrentum, quod mazzacanum vocant vulgo, quod paucis diebus septem circiter, aut decem feruet, debili amplius feruore, & post triginta circiter dies est ad potum idoneum. Quæ vero copulentiora sunt vina, non ita cito veterascunt, ac tardius etiam, si fuerint austera, vel acerba, adeo ut Galeno teste 4. de compoſ. medic. per gener. c. 5. post med. de austero vino, & copulento sic loquatur (ergo ætate medium potius est, quod plurimum intra quinque & decem annos consistat) & 1. de antitidis cap. 3. ſepiuſ cit. de vino Surrentino ſic inquit (de Surrentino autem quid me dicere opus est, quod omnes iam ſciunt, ante annum ferme vigefimum crudum adhuc eſſe, vigefimo enim tandem anno viget, potuque aptum diu perſeuerat, nec facile amarescit, præstantiaque cum Falerno contendit, contrariaſq; ijs diſpoſitiones aquofum vinum ſubit, &c.) Cuius rei oppoſitum hoc nostro tempore experimur, & multo antea experti pariter ſunt. Sunt enim nostris etiam olim elapsis temporibus Surrentina vina contrarias ſubeuntia diſpoſitiones ijs, quas Galenus retulit. Etenim aquoſiſima ſunt, acida tantisper, & vix per annum permanent, quibus fere similia ſunt quæ in proximis locis, Vico, Maſſa, oriūtur. Quinimo talia, de quibus Galenus meminit, vina, neque in hoc Regno Neapolitano, neque in alia Italiæ prouincia reperiſti audio, & ſolum accepi à pluribus, in Hyſpanijs naſcentibus pueris, & puellis, vina eodem anno orientia feruari à parentibus uſque ad filiorum ſacerdotium, uſque ad puellarum nuptias. Plinius etiam lib. 1. 4. cap. 4. viñorum meminit perdurantium uſque ad annos ducentum... Sed quidquid ſit de viñorum ætate, Certe admirationem affert, & inquirendæ tantæ mutationis cauſam tribuit,

Cur

**Cūr vīna Surrentīna Galeni tēpore corpulentia,  
potentia, quæ diuturnū requirebāt tēpus, ut potui  
essent apta. nunc contra eodē in loco Surrentīno  
orientia, sīt senuia, debilia, aquosa, & minimo  
ad maturitatēm, & usum, indigeant tempore.**

An fortè dicendum est, hoc proprium esse tēporis, ut longiori successiui motus duratione, sicuti depic̄t delēctur im-  
gines, marmoreæ obscurātur figuræ, turres, mœnia, ceteraq;  
ædificia dissoluuntur, plantæ oēs, ne dum vites, exarescunt,  
& tabescunt, pariterq; homines, & animalia oīa senescunt,  
ideoq; vim prolificam paulatim amittunt. ita etiā diuturno  
temporis spatio terra tum in germinando; tum in fructibus  
producendis debilis redditur, & imbecilla. atq; idcirco Surrentinus ager Galeni tempore vīna crassa, & fortia producens, nunc nostris temporibus aquosa ferat, & debilia.

Sed contra est, quia ex hac ratione sequeretur vbiq; locorum nunc vīna debere gigni debilia, ob debilem redditā longo temporis cursu terræ vim productiuam. Neq; enim est ratio, cur solus Surrentinus ager ex longo temporis interuallo debilema sortitus sit vim productricem, non autem id pariter ceteris locis contigerit. Item sequeretur vīna Galeni tēpore aquosa, & debilia, nunc omnino debere esse exoluta, contra experientiam; plurima n. loca vīna tulerunt Galeni tempore, & Hippocratis, & nunc etiam ferunt generosa; ut patet de vīno cretico, quod uinosum esse, & consequenter generosum testatur Hippocrates de rat. uict. in acut. pār. 4. tex. 43. quod idem nostro tempore experimur; Et uini falerni generosissimi sōepissime Galenus meminit, potissimum 1. de antitodis c. 3. & 4. quod etiam nostro tempore obserua-  
tur; Et uīna aquosa talia, qualia Galenus retulit, in Neapo-  
li uicinis collibus oriuntur; non igitur temporis diuturnitas Surrentinum permotauit agrum, & uites, ut primum, & anti-

Cur Surrentīna vīna tēpore Galeni validissimū, hodie debiliſſimum ostiarur.  
i. Reipōsia.

Prīmū re-  
spōsionis in  
pugnatio.

quitus potentia, nunc debilia proaignant vina. Quod etiam Ratio manifesta demonstrat. Etenim quæcumq; longo téporis tractu dissoluuntur, id ab extrinsecis, & intrinsecis patiuntur causis, potissimum elementis, ex quorum mutua actione corpora senescunt, & mixta resoluuntur, ut fusè docuimus nostra tract. de febribus q. 6. sect. 1. art. 3. & 4. mutua autem elementorum actio, terræ, aeris, aquæ, ignis, ad mixtorum generationem est necessaria. quo circa cum eadem ratione & olim, & hodie miscibilia elementa se inuicem alterent, & uniant, eadem perfectione fructus nunc à terra debent produci, nec ad ipsorum generationē terra debilis facta est, nec fiet ullo tempore, debita adhibita cultura, & diligentia, qua utebantur antiquitus. Quod mirificè cōfirmat Galenus omnino legendus lib. si quis optimus medicus est, eundem esse philosophum; demonstrans homines hodie fieri posse, si uelint operam nauare, quales olim nascebantur, & euadebant insignes, ut Phidias, Apelles, Hypocrates, hac utens ratione his uerbis. (Nunc igitur nasci neminem, qui artis capax tā humanæ sit, alienum à ratione mihi uidetur, Cum mundus idem sit, qui olim fuit, anni tempora eundem ordinē seruēt, Sol circuitus suos nulla ex parte mutatos percurrat, deniq; quæq; stella siue fixa, siue errans eādem omnino status rationem retineat) alia igitur assignanda est ratio mutatio- nis traditæ uinorum Surrentinorum.

*a. Responso* Quam ne quis dicat esse, quod ollm Surrentini nautæ ex partibus tum Calabriæ, tum ex ipsis proxima prouincia, quæ Celentum hodie uulgo dicunt, Romam uehebant, sicut hodie faciunt, fortissima uina, qualia sunt, quæ uulgo Chiarel- lum, Centola, Vernacia, seu Guarnacia, & similia. Et hæc à Galeno uocata fuisse uina Surrentina, non autem ea, quæ in Surrentinis locis, in quibus olim nascebantur, sicut hodie cognuntur aquosissima.

Etenim Galenum legenti, locis omnibus à nobis citatis, & citandis toto hoc opere, patere poterit uina denominari

ex

ex locis, in quibus oriuntur; quocirca Surrentina uina nuncupauit Galenus, quæ in Surrentino agro oriebantur, non quæ à Surrentinis nautis aliunde inueherentur. Et hæc ipsa vina potētia, quæ tum à Celento, tum à Calabria aduehun-tur, eam naturam, quæ de Surrentino uino Galenus attulit, ut uigesimo anno adhuc cruda essent, nullatenus habēt, im-mo post tertium, quartum, uel ad summum post sextum mē-sim comnode ebibuntur, à nouellorum natura discedentia, & ad quatuor, uel quinque annos uix seruantur. Amplius si Surrentina uina, sicut hodie, ita Galeni tépore fuissent aquo-sissima, sicut hodie Romæ eorum habetur notitia, ita & Ga-leni tempore cognita essent, in Surrentinis autem agris uina aquosa oriri nunquam Galenus retulit.

Vera igitur huius rei ratio est hęc, Huius mutationis cau-sam existerere, & extitisse hominum malitiam, & auaritiam. Cum enim talia uina fortia, & austera, & crassa, nō nisi post longum tempus uendi possint, & ipsorum nō magna enasca-tur copia, propter auaritiam, & lucri cupiditatē factum est, ut ad uites inferendas, & conferendas animum, & operam transtulerint, quæ uinum ferant, quod cito bibi possit, & co-piosius ab uuis exprimatur, tale est aquosum uinum. Atque hanc rationē mihi caupones, & mangones uinorum confir-marunt, qui etiam testati sunt, hanc ob causam maximam uinorum aspriniorum in Campania, & prope Neapolim esse prouentum, quia tales vuæ, quod acidæ sint, latronum non ita subiiciuntur insidijs, & copiosius ferunt vinum. contra uero accidat de vitibus, & uuis græcis nostro tempore uocatis, quibus idcirco ab agro Atellarum fere estirpati, & asprinijs insertis uitibus, non amplius in hoc agro uinum græcum, sed asprinum progignitur.

Secundę re-  
spōsionis im-  
pugnatio.

Vera respō-  
sio, & ratio  
quæsiti.

**De Vinorum nouorum, & veterorum  
Viribus, & usu.**

.Conclusio.  
An vina noua calefaciat  
nutriant, vri-  
tas cieant.

Varij & plu-  
res effectus  
vini noui ex  
Galeno.

Probatio co-  
clusionis.

**P**RIMA Conclusio. Vina quo magis fuerint noua, si cum antiquis vinis corparentur eiusdem generis, eo minus calefaciet, minusq; nutrient, & minus vrinam ciebunt. Est recepta ab omnibus, & expressa Galeni in lib. Hyppocratis natura humana com. i. in tex. 36. vbi docens Hyppocrates pituitam humorem frigidum, & humidum hyeme aegeri tum à copia pluuiarum, tum à noctis longitudine, quæ frigidi & humidi succi sunt causa, Galenus in fine commenti sic subdit(immo etiam quam multi sunt, qui nouum vinū bibut opportunum & ipsum ad propagationem pituitæ.) & de succ. bonit. & vit. c. 11. sic inquit (ista neutiquā excalfaciūt donec nouella sint: siquidem tantum abest ut ad ciborum; concoctionem conducant, vt vel ipsa ægrè concoquantur; præterea nec aluum subeunt, nec facile distribuuntur, neq; vrinas mouent, nec sanguificationi, nec nutricioni conseruent. tum in ventre diutius morā trahunt suspensa ut aqua sique de his paululum quis biberit, prompte id ac escit) quibus omnibus tum quæ ponit Conclusio, tum alijs longè plures vini noui effectus à Galeno docetur ex quibus sumitur.

Ratio demonstrativa Conclusionis. Cum enim noua vina facile acescant in ventriculo, vt Galenus docet, & verissima experientia comprobatur, sequitur manifeste ea esse potius naturæ frigidæ, & minus caleficere quam vina antiqua, est enim sapor acidus frigidus, vt dictum est suprà q. 7. Itē cum ægrè concoquātur, frigidam ostendunt naturam vina noua. frigida enim difficulter concoquuntur, vt satis pater. Fit enim coctio vi caloris. Amplius mustum est turbidum, fœculentum, quia multas habet portiones terreas, & consequenter frigidas admixtas, ergo potius est frigidū respectu vini antiqui.

Tandem

Tandem vinum nouum, multoq; magis mustum flatuosum est, adeo ut dolia inflata rumpantur, manifesta testate experientia, & Galeno lib. de multitudo c. 8. vbi ita inquit (sed saepe dolia quoq; à musto inflatā tensionis violentia rumpi videntur) & in 1. Epidem. Hippocr. par. 1. com. 9. in fin. vbi patiter narium venas rumpi à sanguine docet, ac dolia rūpuntur à musto; ita loquitur (Atqui nil habet admirationis si recludantur huius regionis venæ à sanguine, qui sursum incitatus calore effertur, à quo necesse est ipsam infari, ac tum referari venas, ac rumpi, ob spiritus copiam, qui dirumpit vētūres, ac dolia, cum in musto effervescente ac cumulatur) sed flatus causa est calor debilis, respectu vigentis caloris fere frigidus, vt fūsē ex Galeno docebimus, & demonstrabimus nostra tractatione de deiectionibus aliū, quæstione de generatione spiritus flatuosi. ergo vina noua respectu vini antiqui, quod mox calidissimum esse probabimus, sunt minime calefacientia, & fere frigida. Vnde sequitur ut ad sanguificationem, & consequenter ad nutritionem minimum faciant, & vrinas non moueāt, vt clare patet, quin potius diutius moram trahant, & suspensa maneant in ventre, vt inquit Galenus, qui etiam 8. de simpl. med. fac. sect. cui titulus est (œnos, vinum) mustum ponit in primo ordine calefacientium, vinum in secundo, vinum admodum vetus in tertio.

**Secunda Conclusio.** Vina vetusta, potissimum acria, & amara sūt calidissima, & maxime esiccātia. Probatur cōclusio.

Primo Galeni auctoritatibus, qui non solum de acri, & amaro vino, sed de omni edulio acri, & amaro sic loquitur 4. de simpl. med. fac. c. 18. post med. (scire autem oportet acres sapores omnes, nam de ipsis agebatur, summe esse calidos, ac deinceps post illos esse amaros; deinde vero dulces) & c. 15. post med. inquit (quoniam etiam amara quidem calida sunt, sed acria his etiam calidiora) & de succ. bonit. & vit. c. 13. post med. ita inquit (ergo veterorum adeo potus fugiēdus, sicut nouellorum nimium, hęc enim plus iusto, ista neutiquam excepta faciunt).

Quomodo  
dolia reple-  
ta musto rū-  
pantur, & pa-  
riter venae  
sanguine re-  
plerentur.

**3. Cōclusio.**

1. Probatio.  
An vina ve-  
tera, acria,  
amarra, sine  
valde cali-  
da, & siccata,

calfaciunt) & in fine c. scripsit (at in vinis vetustissimum, qd Romani, sicuti diximus, cęcubum vocant, ab albo, austero, & nouello. crassoq; vino tantum distat, vt alterum vehementer calefaciat, alterū sensibiliter refrigeret, & 7. meth. c. 4. habet hęc verba (calfeci autem omni ratione, vinum vetus ex eorum genere, quę facultate valde calefaciunt, exhibēs, cuius maxime generis sunt falernum, & Surrentinū) & 9. de simpl. med. fac. c. 1 i. inquit (confessum est enim omnia vetustate fieri calidiora) quod idem habet 3. de simpl. med. fac. c. 19. vini veteris meracioris potionē vrens, quale est lesbiū, falernum, Surrentinū, contra venena frigida. & tādem 11. de simpl. med. fac. scēt. de adipē, & pinguedine, communem doctrinam statuit tum vini, tum mellis, aceti, butyri, frumenti, olei cuiuscumq; generis, adipis, & similiū, quę omnia si inueterascant, non autem putrescere anticipent, sunt seipsis calidiora, & tenuiorum partium, & gustantibus apparent magis acria.

## 2. Probatio.

Probatur Conclusio 2. Acris sapor, ut superiori art. notavimus ex Galeno, est, quod fortiter dum gustatur excalfacit; Item amarus sapor, vt experientia docet, cuius etiam meminit Galenus 4. de simpl. med. fac. c. 17. contingit rebus natura dulcibus, & calidis, vt melli, cū plusculum in igne morantur, & calefiunt; quod idem licet cernere in pane, carnis, & similibus supramodum assatis, ergo signum est euidens à calore immodico amarum saporem proficiendi, & consequenter uim ualde calefaciendi obtinere. Atq; hac de causa bilis flaua, quia calidissima, amara est.

## 3. Probatio.

Varij effecti  
vini acris, &  
amaris.

Probatur Conclusio 3. ex effectibus uini acris, & amari, amara enim siccāt immodice Galeno teste 7. meth. c. 7. circa fin. quod certe ui calefactiva præstat, ut satis patet; pariter uina acria, & uetera sitim faciunt, ut docet experientia, & Galenus in se ipso se expertum esse testatur in Hyppocr. de rat. uict. in acut. comm. 4. in tex. 2. quinimmo inexpleibili cruciatos siti periisse refert eos, qui uetus uinum usque ad ebrie-

ebrietatem hauxerunt, i.de sympt.caus.c.7. Amplius vinum vetus est causa febris, ut constat ex lib.de caus.morb.cap.2. quamobrem hæc uina non concedit laborantibus febre tertiana Galenus i.ad Glauc.c.9. ergo vina vetusta, acria, amara, calefacientia sunt admodum, & etiā esiccantia, vini enim caliditati proportione respondet siccitas, vt docet Gal.8. de simpl.med.fac. sect.de vino, vbi disertis verbis hanc docet conclusionem.

Probatur conclusio 4. Experientia constat, cuius testimoniūm fusè præbet Galenus lib. i.de antitodis c.3. Vina omnia non solum firma, sed etiam debilia celerrime fieri vete-  
ra, si in cellas calidissimas deferantur, & vasa, siue langænæ sint, siue alterius rationis, herba fruticosa calida, & acri val-  
de contegantur, quod qua ratione comparari debeat, Gale-  
nus fusè docet, & simile in morem fuisse in multis Italæ lo-  
cis, potissimum in agro Neapolitano, & Neapoli vicino col-  
le, quem Trifolinum appellant, cuius nominis Trifolini, & al-  
latæ utilis consuetudinis non extat memoria apud nos. solū  
in agris ad Vesuvium montem positis, mos est in cellis vina-  
rijs, in quibus quod Græcum dicitur vinum, est repositum,  
vbi valde riget hyemalis aer, ignes accendere, cuius rei nul-  
lam sciunt reddere rationem. quæ certe alia nō est, nisi quia  
vi caloris adiuuatur vinum ad concoctionem eius, qđ crudū  
est, quod calore citius, ac melius conficitur; ideoq; citius ita  
vinum redditur vetus, & acre; vnde palam est multo potiori  
iure hanc diligētiā vinis aquofis, & debilibus deberi, qua  
tamen non vtuntur nostri ab antiquis, & bonis regulis mini-  
ma cum laude, maxima cum pernicie recedentes. Cum igitur,  
vt concludamus hanc quartam probationem, vi extrin-  
seci caloris vinū celerrime reddatur vetus: necessario sequi-  
tur vinum vetus esse admodum calorificum.

Vnde infertur huiusmodi vinum vetus frigidissimis corpo-  
ribus competere, vt Galenus etiam docet 5. de sanit. tuen.  
c.vlt. ante fin. vbi ita inquit (frigidis intemperantijs calidio-

Qua ratione  
vina reddi  
posint citio  
vetusta.

Cur in cel-  
lis vinarijs  
hyeme ignes  
accendatur

Corollariū:  
Quibus nam  
cōueiat vi-  
num vetus,  
& acre.

ra vīta præbemus, at quod calidissimum quidem vinum est; id frigidissimis intēperatijs est vtile, reliqujs vero, quod por-  
tione respondet.) Item competere frigido ventriculo, vt cō-  
stat ex Gal. cit. probatione 1.7. meth. c. 4. & 7. meth. c. 7. an-  
te fin. Item vbi crassi & frigidi humores in venis abundant,  
ob eandē rationem, & Galeno auctore de succ. bonit. & vit.  
c. 11. vt fusè diximus q. 4. ante fin. quod etiam expressè do-  
cet 2. de alim. facult. c. 21. vbi ita inquit (quandoquidē suc-  
cus frigidus nō acida, sed acria postulat. vtraq; certe, & aci-  
da, & acria succos crassos incidunt, in eo tamen differunt,  
quod hēc quidem cum calefactione; illa autem cum refrige-  
ratione id præstent.) Hoc idē docet Auctor libelli de vinis.

**3. Conclusio**  
*An vina amara nutriat, & quomodo nutriant.*

Tertia Conclusio. Vīta amara parū nutriunt, eoq; minus,  
quo magis fuerint amara. Hēc Conclusio clare colligitur ex  
Galenō 4. de simpl. med. fac. c. 9. & 10. quibus in locis doce-  
tur id, quod experientia manifesta comprobat, edulī quod-  
libet, & nutrimentum debere esse dulce, amicum, & iucundū  
naturæ, quale non est quodcumque amarum est; vt diximus  
etiam superiori q. de vino dulci. & c. 20. ex professo probat  
quæ amara sunt, & sculentæ non esse; quia amara sicca sunt,  
haud aliter quam ciniſ, puluis, calx. Sicut igitur pūluis, ciniſ,  
calx, fauilla, quia sicca sunt, corpus animalis non valent nu-  
trire, ideoq; ab animalibus non esitantur; ita nec quæ pror-  
fus amara sunt, idonea sunt ad nutriendum, nec sculentæ  
sunt, & consequenter vīna quo magis erunt amara, eò mi-  
tius nutrient.

**4. Confirmat.**

Cur amara corpora nō  
putrefaciat, &  
putrida ene-  
cat animalia

Confirmatur i. quia idcirco amara corpora minime pu-  
trefescunt violenta putredine, & minime apta sunt ad vermiū  
generationem, & similiū animalium, quæ ex putri materia  
procreantur; quin etiam à putredine vindicant, & vermes, &  
similia animalcula enecant; quia sicca sunt ad putredinem  
enim, & ad generationem ex putri, apta sunt mixta humida,  
vt fusè docuimus nostra tract. de febribus q. 6. sect. 2. art. 4.  
& sect. 3. art. 2. prob. 4. & ad 1. obiect. pariter igitur cum si-  
milis.

missis sit generationis, & nutritionis materia: amara nō sunt ad nutriendum commoda substantia, & consequenter vinū, quo magis fuerit amarum, eo minus nutrit.

Confirmatur 2. experientia Lacus Palæstine in caua Syria, quā Galenus loc. cit. 4. de simpl. med. fac. c. 20. tradit his verbis: (nullum in eo neq; animal, neq; planta inesse conspicitur, immo cum duo in eum fluuij confluant longe maximi, pisciumq; copia scatentes, maxime qui prope Ierichon tem fluit, quem Iordanem nominant, nullus omnino pīscium fluviorum ostia excedit; at si captas quis in Lacum iniiciat, celeriter mori cōspicit, adeo est omnibus tum hominibus tum plantis inimicum quod exacte amarum est, & quod squallidum pariter & siccū est, atq; natura velut fuliginē ab exasperatione referens; quamquām ne illius quidem stagni aqua exactè amara sit) quibus clare patet vinum amarum pariter esse inimicum, eoq; magis, quo magis fuerit amarum, & consequenter minime nutrit.

Atq; hinc colligitur 1. vinum amarum non competere corpori siccæ temperaturæ, etiam si frigiditas sit adiuncta, ut de frido, & sicco ventriculo expresse docet Galenus 7. meth. med. c. 7. vbi frigido, & sicco ventriculo concedit omne vinum vetus præter amarum, quia amarum vinum immodicè esiccatur.

Colligitur 2. amarum vinum vtpote minime nutrit, nō competere in syncope, in qua opus est valida nutritione, vt fusius dicetur infra in propria quæst.

Colligitur 3. inconsultum esse adagium illud, quod Neapolitane audiuimus, Vinum amarum habeas tibi charum.

Obijcies 1. contra primam conclusionem ad probandum mustum esse calidius vino medij temporis, & vetusto. Mustū habet plurimos vini spiritus admixtos, quos non habet vinū medij temporis, nec quod vetus est; ergo est calidius, magisq; calefaciens mustum. Antecedens ex eo clare liquet; feruet enim, & ebullit mustū ob vini spiritus calidissimos, à quibus

2. Cōfirmat.  
Cur in lacu  
Palæstine nō  
debet aliqd  
pīscium ge-  
nus.

Quibus cō-  
ueniat vinū  
amarum.

**Cur musta**, & conficiuntur aquosa; & cruda recrumenta  
ebulliant, & ta, quæ in vino sunt admixta, quibus etiam spiritibus euaneantur,  
alii magis alicuius minus feruentur.

concoquuntur, & conficiuntur aquosa; & cruda recrumenta  
ebulliant, & ta, quæ in vino sunt admixta, quibus etiam spiritibus euaneantur,  
scentibus, mustum feruere desinit, est igitur spirituum vino-  
sorum copia maior in musto. Confirmatur antecedens primo  
quia hæc est ratio, cur quædam musta, vt Mazzacana Surré-  
tina nostri temporis paucis diebus ebulliant, decem circiter;  
alia vero contrà, vt Græca montis Vesuvii, duobus fcre men-  
sibus, quia illa aquosa sunt, ac minus spiritibus affluentia;  
hæc contra viñosa, ac plena spiritibus. Confirmatur 2. expref-  
sa Galeni auctoritate 4. de simpl. med. fac. c. 11. vbi sic inquit  
(Nam ex quibuscumq; pomis si succum exprimas, eum pro-  
tinus non secus atq; mustum feruere deprehendes, tanto tamen  
feruoris discrimine, quanta erit vnius fructus ab alio in  
calore diuersitas. Sed vbi iam quod aquosum, ac semicoctū  
erae, transmutatum fuerit, atque confectum, & is, qui feruo-  
rem concitabat calor euauerit, iam tū deniq; quæ propriæ  
sunt succorum proprietates, sinceræ conspiciuntur.) Confirmatur  
3. experientia, quam accepi à viris fide dignis, qui que  
empiricam plurinam habent vinorū obseruationē. Hi igitur  
**Quæ substati** possit coliguntur, & locis proximis, falerno vino  
ligi feruēte, vel alio simili & loco, & natura proximo vino, per  
musto, & ad pileum vitreum dolij foramini superimpositum substantiam  
guæ valeat. fuisse collectam non absimilem ei, quam aquam ardente-  
vocamus, & colligitur vino per destillationem chymicam in  
sublime elato, & in meteoron redacto; quod artificiū & cō-  
mune, & notum est nostro tempore. qua etiam substantia  
feruata, eidemq; vino denuo admixta, vbi non solū effervescit, sed etiam à foecibus fuerit expurgatum, & permutatum,  
vinum euasisse valentius, & quod ad longissimum tempus fuerit feruatum. Cum igitur in vino medijs temporis, & uetusto  
talis non adsit uinosus spiritus talis ebullitionis causa, sequitur mustum esse calidius.

**Responso.**

Respondetur optime probari in musto esse plurimos uini  
spiritus; illi tamen, nec firmiter haerent, & euolant, & pluri-

ma etiam simul in uino musto existit copia partium crudarum, ut ex ipso Galeno cit. patet, ut non mirum sit, si idcirco calidum non sit mustum, ut conclusum est, sed frigidū respectu uini ueteris, qđ quo uetustius est, eo minores habet portiones crudas, & semicoctas, & consequenter est calidius.

Obijcies 2. Mustum lubricat aluum, ut patet experientia, 2. Obiectio 1  
 & Galenus testatur de succ. bonit. & uit. c. i. i. inquiēs (sicuti mustum quoq; quod scilicet flatuosum sit, & concoctu difficile, & crassi succi, id unum in se boni continēs, quod aluum emolliat) ergo est mustum de genere laxantium, & urinam carentium, contra conclusionem primam. Item est magis nutritiens mustum quam uinum uetus, quod est tenuius; ad nutritionem enim facit crassities, nō tenuitas, ut sāpius docuit ex Galeno præcipue q. 4.

Respondetur mustū cū crassi sit succi, ut constat ex dictis, Responso.  
 & ex Gal. de attenuante uide. rat. c. i. 2. per se esse concoctu difficile, frigidum, & flatulentum; & consequenter per se non lubricat aluum, qui potius astringit, potissimū si austērū sit, ut patet ex medicamentis stomachicis ex musto, quæ fusè Galenus describit 6. de simpl. med. fac. c. i. ubi etiā musti amīnæi mentionem hābens, docet magis astringere ultimum. quod enim primò fluit, est aquosius, & liquidius. per accidēs igitur aluum lubricat mustum; Vel quia quod ineptum sit ad nutritionē, expellitur deorsum; vel quia idcirco quod ineptū sit, qualitate noxia irritat ad infernām detractionem; vel quia vim habet detergentem, qua ratione diximus supra ex Gal. vina dulcia aluū subducere, & idem dicendū de musto dulci, ut patet ex Gal. cit. in obiectione, & clarius 2. de alim. fac. c. 9. vbi inquit (quidam autem ad eundē usum mustū quoq; idq; dulcissimum bibunt, id enim maxime subducit) peculiare igitur est musto dulci, sicuti vino dulci, citare aluum, licet crassum sit mustum, seu vinum, vnde non sequitur esse mustū dulce aperitiuum, & calidum; neq; etiam bene nutritiens, licet sit crassæ substantiæ. crassities enim ceteris paribus, valens est

Mustū præcipue austērū si adstringens.

Quomodo mustū lubricat aluum.

est ad nutritionis effectum, in substantia vero frigida nutritioni obest; quo enim alimentum frigidum est crassius, eo magis resistit alendo corpori, ut clare patet ex physicis.

**3. Obiectio.** Obijcies 3. omnia, quæ senescunt, persene&tutem fiunt frigida, ut patet experientia in hominibus, & animalibus omnibus, & ex Galeno docuimus nostra tract. de temperamentis q. 7. art. 2. & 3. ergo vina si veterascunt vere, per vetustatem fiunt frigidiora, & cōsequēter falsa prima, & secūda cōclusio.

**Responso.** Respondeatur senectutē dupliciter accipi posse, primo proprie, pro ut est ætas ultima hominis frigida, & siccata, ut Galenus expresse docet 5. de san. tuen. c. 9. inquiens in fin. c. (est enim id, quod omnes homines proprie senectutem appellat, non aliud, quam frigidum, & siccum corporis temperamenti annorum multitudinis ratione proueniens) & sub hac acceptance vina non vocantur à nobis, neq; à Galeno vetera, hæc enim ut probauimus, non sunt frigida sed calida valde, quin etiam primo de antitidis c. 3. prope fin. hæc habet verba (ab omnibus dici solet senescere & tera temporis diurnitate præter vina). (Secūdo accipitur senectus improprie pro vini peculiari ætate, & vini temporis diurnitate quadam, quæ certe vino denegari non debet, & concedenda est, sicuti etiam melli antiquo, oleo, & similibus solet tribui senectus; & ex hac senectute impropria nihil contra cōclusiones colligi potest, quæ enim improprie dicuntur vetera, solēt esse calida, ut mel vetus, oleū vetus, vinū vetus, & similia.

**4. Obiectio.** Obijcies 4. coctio fit vi, & ope caloris, sed calor idem apparet, quo ad sensu percipi potest, in musto, & in vino veteri; non igitur vinum vetustum est magis concoctum, & magis calidū vino musto contra primā, & secundā cōclusionē.

**Responso.** Respondeatur obiectiōnem optimè concludere de calore vini nouis actuali, qui quo ad sensum idē fere videtur esse in vino novo, & veteri; de quo nos non loquimur; nihil autem probare de vini calore virtuali, & insito, de quo à nobis est sermo, & virtuali, non à quo vinū concoquitur, & perficitur, non secus ac à vi propriā,

pria, & forma propria cetera habent, vt se perficiant; & animalia vt se nutriant, augeant, &c. Cum igitur intrinseci caloris vi vinum vetus tenuius sit redditum, magisq; expurgatum à fœcibus, & terrestribus partibus frigidis natura, sequitur intensius ab eo nos posse calefieri, quam à vino nouo, & hac ratione nouis uinis esse calidiora quæ vetusta sunt, quod est uerissimum, & Galenicum, ut constat ex dictis supra quæst. 3. ad 2. obiect.

Obiectio 5. Galenus 4. de simpl. med. fac. c. 7. ante fin. te-  
statur se expertum esse quædā dulcia, acris, & amara aperte  
refrigerantia, ergo acris, & amarus sapor non sunt exceden-  
ter calidi. Respondeatur ex eodem Galeno patere solutionē, Responsum  
talia enim refrigerant ratione aliorum admixtorum saporū,  
qui natura sunt frigidi, ut est sapor acidus, austerus, acerbus,  
qui superant acrem, & amarum saporem, ut constat ex epist. à Gal.  
adductis. huiusmodi nūt mala punica, mala, pruna,  
uuę, mora, ficus, cerasia, & similia, in quibus si sit amaritudo,  
ca leuis est, quæ ab acida, uel acerba qualitate obscuratur.

Obiectio 6. contra tertiam conclusionē. Aqua maris amara 6. Obiectio  
est, in mari tamen & piscium, aliorumq; fructuum, & herba-  
rum plurimarum ingēs copia, quæ gignitur, omnibus est no-  
tissima; non igitur amarities & uiuentū generationi, & nu-  
tritioni obest, ut uidemur uoluisse conclus. 3. Adde plurimas  
esse herbas, plurimāq; simplicia, quæ ex uiuentium sunt ge-  
nere, amara, quæ numerat Gal. 4. de simpl. c. 7. in fin. & om-  
nibus innoteſcit aloë, absinthium, quo amariora sunt aristot-  
lochia, gentiana, centaurea, & alia multa, ut testatur Auctor  
libelli de cura icteri.

Respondeatur nolle nos omnia amara esse aduersa genera-  
tioni, & nutritioni; sed quæ prorsus amara sunt, & exacte: &  
ea minus nutrire, quę magis sunt amara. (aqua uero marina;  
ut inquit Gal. loc. cit. 4. de simpl. c. 20. salsa potius est quam Cur in mari  
amara, plurimū in se habens aquę potabilis, id quod etiam gignatur pī-  
ab Aristotele olim est demonstratum) quocirca non mirum  
est.

est si in ea pisces gignantur, & nutrientur, & augeantur. Simplicia etiam enumerata cum sint ex uiuentium genere, necessario sunt humida, nec exacte amara; quod necessario est ualde siccum. Verum nos non de omni uiuente, sed de animali loquuti sumus, cui minime sunt idonea nutrimenta hæc, & similia amara simplicia, & amarum uinum.

**Corollariū.** Ex his colligere licet, quæ sint falsi uini uires, siue illud natura sit salsum, quale diximus initio huius quæstionis gigni in huius Regni Ciuitate Manfredonia; siue ex arte para-

**De vini falsi** tum sit, uel sale, uel marina aqua admixta. Est enim nutritius viribus, & uinum salsum magis quam amarum; sicut & nutrientes sunt effectibus.

cibi sale conditi 3.de alim.fac.c.41.item maris fructus falsi. Item calida & esificantia sunt salsa uina. talis enim est uis salis experientia docente, & Galeno teste. 4.de simpl.med.fac.c.21.& loc. cit. 3.de alim.fac.c.41. ubi ita inquit (salis namq; facultas, ut in opere de simplicibus medicamentis demonstrauimus est composita, nam corporum, quibus admouetur, humores superfluos tenuat, & digerit, & præterea corpora ipsa cogit in sese, ac condensat) & idem docet de attenuante uictus rat. c. 3. ubi attenuandi, & incidendi uim tribuit non solum acribus, & amaris, sed sali, eoq; magis si cum attenuantibus misceatur, quale est acetum, mel, non sic si cum oleo, oleribus alijsq; cibis humidis; quorum natura est imminuire incidentium robur. Vnde fit ualere mixtum uinum marina aqua, ad induratas splenis affectiones, & ad hydropicos,

**De vini falsi** potu à balneo, in spleniticis, & hydropicis. si ijs à balneo exhibeatur cum salfamento sine pane, ut Galenus docet ex Gortyniate, & Asclepiade, lib. 9. de compos. pharm. secū. loc. c. 2. in med. quia attenuat, & digerit humores. Ex quo poslunt intelligere tum medici nostrates, tū hy-

pochondriacis, spleniticis, & similibus affectibus laborantes, quam male, & quanto cum detrimēto à balneorum usu naturalium, quæ tum Puteolis, tum in Insula Aenariae habentur contra has, & similes passiones; aquæ frigidæ potu utantur. Hac etiam de causa ad uulnera ualent, & ulcera uina

salsa,

salsa, si inflammatio non adsit, si ea lauetur huiusmodi uino, vel certe madens spongia superimponatur, Galeno docente 2. ad Glauc. c. i. ante med. quia abstergendi vim habet, & constringendi vulneratam particulam Sal, & esiccandi etiā. Qua de causa noxium est sitiētibus salsum vinum, à quo incenduntur bibentes, vt Gal. fusè docet de rat. vi. c. comm. 4. in tex. i. Tandem salsa vina pruritum excitant, & falsos humores generant, ac melancholicos; talis enim est falsorum natura, vt Galenus docet 2. de sympt. cauf. c. 6. init. 1. de aliment. fac. c. 18. circa med. & 3. de loc. aff. cap. 7. ante med. & comprobatur experientia. Scabie enim pruritu, & similibus corripiuntur affectibus, qui in Ciuitate Māfredoniæ vina bibunt naturaliter salsa, quorum Galenus etiam non meminit.

Vini salsi  
fus ad vul-  
nera, & vl-  
cera...

Vinū salsum  
noxii sitiē-  
tibus, & me-  
lancholicis.

## Q V A E S T I O D E C I M A .

*De vino odoro, & inodoro.*

**E**xplícatis differentijs vinorum desumptis à tenuitate, & crassitie; à saporibus; à facultate; & à vini ætate; unde horum omnium, colorumq; potissimum fit in vinis mutatione: quæ ab odoribus vina diuersitatem recipiunt, remanent explicanda: de quibus nonnulla scitu sunt digna; vt an vina ratione odorum nos per se iuuent, & lœdant. An sint odora ta vina calida. Quomodo nos nutrit. An caput lœdant; quæ, nobis consueta, & peculiari in rebus medicis pertractandis, methodo, vt exponamus, sit.

Prima conclusio. Vina ratione odorum, seu potius odores vini non per se, & proprie, sed per accidens iuuant, vel lœdunt nostra corpora. Est expressa Galeni 3. de ratione vietus in tex. 2. circa fin. vbi sic inquit. (ceterum inter proprias vinorum differētias, quædam iuuant, lœduntq; propria ratione; aliæ non per se, proprieq; sed per accidens; dulcedo quidem & austeriora propria ratione, sic cum potentia, tum im-

1. Cōclusio:  
An odores  
vini per se  
lœdant, vel  
ijuunt, an per  
accidens.

becillitas, tum tenuitas, tum crassities; sed differentiæ, quæ tum colore, tum odore desumuntur, non primum sed per accidens.) Hæc Galeni opinio nō placuit Ioanni Costeo lib. 2. de potu in morbis c. 8. & c. 29. vbi de vino inquit illud agere tum substantia, tum qualitatibus, qualitatibus quidem primum omnium odore, quem non bibendo tantum, sed antequam etiam hauriatur, naribus attrahimus.

## Probatio.

Probatur conclusio. Effectus quilibet, qui à vino odoro prouenire dici potest, si non à vino vt odoro, sed vel vt calido vel frigido; vel tenui, vel acri, vel valido, vel huius, illiusque facultatis, & substantiæ; vel ob aliam similem causam, proficiscitur; ergo vini odor secundum se, & proprie nil valet ad nostri corporis immutationem, sed tantū per accidēs, prout scilicet odorum vinū est vel aquosum, vel potens, vel tenue, aliasque similes qualitates obtinēs, quæ per se nos immutat.

## 2. Cōfirmat.

Confirmatur. quia secundum Costeum vinis odoris per se tribuitur virium refectio, & animalis spiritus instauratio in syncope, qua in re præcipuum locum odoratum vinū tenere putat: contra vero male odorata vina ratione praui odoris, quasi venena spiritus obledere. Item vina odora caput maximè ledunt. Sed hæc, & similia non ratione odoris, nec per se fiunt ab odoris vinis, sed ob aliam rationē, ergo odor per se nihil efficit. Cum enim odor sit qualitas secunda, vt vera, communis, & peripatetica est opinio, vt constat ex Arist. c. 5. de sen. & sensil. per se non præstabit virium refectionem, & spirituum; quorum generatio fit ex substantia, qualis non est odor per se, ac formaliter; Item nec valebit odor per se ad capitis repletionem, quæ etiam effectus est substantiæ qualitate affectiæ, cui per se cōpetit loci occupatio, & repletio. vt patet intelligenti.

## 2. Cōfirmat.

Confirmatur amplius. quia odori secundū se nō conuenit calefacere, nec refrigerare, cum odora vina sint quandoque frigida, quandoq; calida, vt sequenti cōclusione probabitur, Item ob hanc rationem vinis odoris per se non cōuenit nec

ape-

aperire, nec astringere, nec nutrire, quod est proprium substantiarum, ergo nil vini odoris primo, & per se conuenit, sed tantum per accidens.

Obiectio. Obiectio. Obiectio. Obiectio.  
vbi sic inquit de odoribus ( sanè plerique, similiter saporibus nos afficiunt ) sed sapores in Galeni doctrina per se nos legendunt, & iuuant; ergo etiam plerique odores in Galeni sententia.

Respondeatur Galenum hoc loco non esse intelligendum, Responso. vt putat obiectio, similem scilicet esse vim, & facultatem nos immutandi per se in saporibus, & odoribus, quibus solum per se conuenit immutare odoratus sensum, cuius est sensibile proprium. sed voluisse Galenum odores, & sapores, sibi in uicem consentire, in denotatis edulis, ita ut quæ bene olent edulia, iudicentur boni saporis, & cui idonea, & quæ male olent, gustare non aggrediamur. quæ respōsio manifeste patet legenti Galenū, vnde nil sequitur contra conclusionem.

Secunda conclusio. Vina odora, vt odora, non sunt intensè calida, sed quandoque satis calida, quandoque remissè. Est contra loquendi modum quorundam medicorum, qui indistinctè calida. asserunt vina odora esse calida, & sicca.

Probatur conclusio. Primo, auctoritate Galeni, qui 4. de simpl. med. fac. c. 23. idcirco docet, neque ex odore, neque ex colore certo quid definiri de medicaminum temperie posse, quia vt init. cap. inquit his verbis (at quæ odorata sunt, tenuia sunt, quadrangulus & calida; verum eius tenuitatis, caliditatisque; quantitas hanc etiam indicatur) cum igitur per Galenū ex odore intensio, vel remissio caloris in medicamento non denotetur: pariter nec in vino odor significabit caliditatem intensam, vel remissam certò, & consequenter potest odor esse in vino satis calido, & remissam vim habente calefaciendi.

Probatur 2. experientia. Constat enim fere omnia vina, Surrentina, debilia illa quidem nostro tempore, plurimum esse odora, non sic odoris sensum afficere, quæ ad Vesuvium

montem oriuntur vina potentia, & ualida ; non igitur odor est calidi vini nota per se, & consequēter odorum uinū non est per se satis calidum, sed quandoq; remisso, & potius in uinorum genere frigidum. Confirmatur, quia acetum, rosa, sandalum, violæ, odorem mittunt suauissimum, cum tamen tum substantiæ, tum odoris interuentu nos refrigerēt. quin etiā de Licopersio dicta herba quadam Galenus scribit 4. de simpl. med. fac. c. 18. quam ex barbarica gēte, & regione circa Aegyptum comportauerat Centurio quidam, ualdeq; grauis, & inamēni erat odoris, & refrigerare videbatur affectos urgēntissimis articulorum doloribus. Item grauissimi odoris est cicutæ Galeno teste hoc eodem loco; quæ hominē refrigerat, ut habetur 3. de simpl. c. 18. ergo ex odoribus villa non potest fides odorabilibus tribui quo ad caliditatem, uel frigiditatem.

**3. Probatio.** Probatur 3. odoris natura est uaporosa, ut Galenus assert 4. de simpl. c. 22. & asseruere antiqui quidam apud Arist. de sen. & sensil. c. 5. quos impugnat Arist. tum quia odor formaliter est qualitas secunda, non substantia, sicut est uapor,

**An odor sit & exhalatio.** Tū quia odor est sēsibile per se olfactus, exhalatio uero, & uapor cum sint substantiæ, sunt sensibilia per accidens. quæ argumenta, ut patet, optime probant formaliter odorem non esse uaporosam substantiam; quod concedendum est, non autem arguunt, vaporem non esse materiā, & subiectum odorum, seu odores esse materialiter uapores, seu exhalationem, in quo sensu certum esse debet, loqui Galenū loc. cit. ubi uapores cadere sub odoratus sensum asseverat, inquiēs (reliquum fuerit de uaporibus differere: quippe cum huius sensibilium generis gratia odoris sēsum natura crearit.) Sed ad generationem, & eleuationem uaporū, solum requiritur calor remissus, & debilis, non intensus, ut fusè probabimus annuente Deo, tract. de excretionibus per aluū, quæst. de generatione flatuosi spiritus, & manifesta est doctrina eiusdē Galeni 3. de sympt. caus. c. 2. & 2. ad Glauc.

c.6.

c.6. ubi docet curationem flatuosi, & uaporosi spiritus, fieri per admodum calida resoluentia. Ergo ad odorū generatio-  
nem non necessario requiritur calor intensus, sed sufficit re-  
missus, & consequenter odor secundum se siue in uino, siue  
in alio mixto corpore, non necessario arguit intensam cali-  
ditatem, sed quandoq; remissam, & debilem.

Obijcies 1. Galeni expressā auctoritatē 4. de simpl. c. 21. Obiectio:  
ubi ita inquit (recta ergo ratione quæcumq; odorata, cadē &  
calida sunt, quippe cū uaporū copia à calore pueniat) ergo.

Respondetur hunc locum non obstare, concedimus enim Responso.  
esse calida, caliditate illa, quæ sufficit ad euaporandnm, quæ  
ut dictum est, remissa est, & debilis, non intensa, quod con-  
tendit conclusio.

Obijcies 2. eundem Calenum 3. de rat. uict. in tex. 20. ubi 2. Obiectio:  
sic habet (atqui quæ in uino hoc est carentia odoris, ea im-  
becillitatis, frigiditatisq; efficacissima existit nota, quippe in  
hoc aquæ est assi nilis, non secus quam fortis odor efficacis-  
simum roboris signum) quibus patet in Galeni sententia  
odore vini caliditatem denotari, imbecillitas enim est à fri-  
giditate, à caliditate robur.

Respondetur ex hoc Galeni loco conclusionem omnino Responso.  
confirmari. patet enim legenti, hic loqui Galenum de vini  
udore, quod roboris sit signum, non simpliciter, sed respecti-  
ue ad vinum inodorum tenuē, & pauciferū, quod conceden-  
dum est. vinum enim inodorū, tenuē pauciferū, de quo lo-  
quitur Hyppocrates loc. cit. vt cōstat legenti, est omnino fri-  
gidum, & imbecillum, vt Galenus ait, & consequenter quod  
odorū est, est vino hoc calidius, & robustius, & hac de causa  
Galenus inquit illa verba (atqui quæ in vino hoc est caren-  
tia odoris) idest in vino hoc paucifero, tenui aquoso, caren-  
tia odoris omnem denotat imbecillitatem, quo consequēter  
calidius est vinum tenuē pauciferū odorum, vnde nil cōtra  
conclusionē, quæ amplius confirmatur ex Gal. de attenuan-  
te vict. rat. c. 12. vbi sic habet de vino odoro (at quæ odora  
sunt,

**Ratio carē-  
tiæ odoris in  
vinis pauci-  
feris.**

**Ratio carē-  
tiæ odoris in  
vinis validis.**

**Cur vinave-  
teræ sint ma-  
gis odora.**

**3. Obiectio.**

**Responsio.**

sunt, & alijs calidiora, ea merito caput tētant) putauit igitur Galenus vina odora non esse satis calida, sed quæ sunt alijs calidiora, hæc caput tētare. ratione igitur odoris significantur vina calidiora inodoris vinis, quæ sunt simul tenuia, & paucifera; Atq; ex his colligitur causa altera carentiæ odo-  
ris in vinis, nempe frigiditas, & imbecillitas, vnde prouenit, vt vapores, qui sunt odorū māteria, non excitentur, nec ele-  
uentur, id quod accidit quibusdām vinis pauciferis, vt dictū est. Alia vero causa carentiæ odoris, est vini crassitudo, quæ sicuti & densitas, euaporationem impedit, & consequenter odorum emissionem; & hæc est ratio, Cur vina quædam for-  
ta parum oleant. atquæ doctrina hæc verissima, est etiam expressa Galeni 4. de simpl. med. fac. c. 22. in fin. vbi sic inquit (si quidem crassa vtrisq; essentia est, & adhoc acerborū etiā frigida, quare verisimile est, quod ab ijs defluit, paucum esse, & crassum, & mole sua terreum, ac proinde per inspirationē in cerebrum nō incidere) putauit enim Galenus in cerebro esse sensum odoratus, ad quem parum peruenit euaporatio materiæ crassæ, ob rationes ex eodē allatas; Colligitur etiā, cur vina dum veterascunt, fiant magis odora; quia scilicet tū calidiora, tum quod magis facit ad odoris generationem, tenuiora fiunt vina per vetustatem, ac ad euaporandum ap-  
tiora, euaporatione non crassa, sed tenui, quæ facile odora-  
tus sensum permeet, & alteret.

Obiectio 3. dantur odores acres, vt habet Galenus 4. de simpl. c. 22. & 3. de rat. viet. habet quædam vina odorare instar aromatum, vnguētique, quædam ferientem habere qua-  
litatem, ergo sequitur primo contra primam conclusionem, dari odores vini per se nos lēdentes, & iuuantes; sicuti ratio-  
ne acrimoniarū sapores per se agunt in nos. & sequitur secun-  
do contra secundam conclusionem, odores saltem, qui acres  
sunt, ferientes, vel instar aromatum, esse calidos.

Respondetur acrimoniam odoribus non per se cōpetere,  
sed per accidens: per se enim, & proprie odoribus conuenit,

fi

**S**i boni sint, bene olere, si priui sint, graue olere; id quod secundum magis, & minus etiam praestant. acrimonia vero & mordicatio odoribus conuenit per accidentes, ratione qualitatis, & virtutis, quæ inest substantiæ vaporosæ, in qua est odor, quæ si potestate sit satis calida, & attenuans, vt sunt cœpæ, allia, & similia, odoratus sensum mouet per secundam qualitatem, quæ est odor proprius cœparum, alliorū, & simil. & mordicat per vim aliam satis calefacientem, & attenuantem; si sit autem hæc vaporosa substantia virtute satis frigida, & tenuis, qualis ex aceto acerrimo excitatur, per odoris aceti qualitatem olfaciendi sensorium mouet; & illud idem mordicat, & ferit per vim aliam, quam habet permeandi sensorij substantiam cū sensu aspero, qui non est sensus olfactus, sed tactus, qui communis est omnibus sensibus. ita igitur distinctio obiectionis antecedente, patet negandam esse primam consequentiam: sunt enim odores per accidentes acres, aliqui vero sapores per se sunt acres, & mordicantes, vt acidus, acerbis, qui exasperat linguam, & similes. Ad secundam autem sequelam dicendum, illam veram esse, aliquos scilicet odores, qui acres dicuntur, sed improprie, & per accidens, vt dictum est, esse calidos. Concedimus enim in secunda conclusione aliquos odores posse esse intense calidos, non esse etiæ, & per se iuxta primam conclusionem, sed materialiter, & per accidens, ratione subiecti, & materiæ vaporosæ, calidæ satis, non quidem actu, sed virtute, in qua insunt.

**Tertia conclusio.** Vina odora, quatenus odora, non sunt copiosi nutrimenti. Sequitur ex dictis, si enim sunt vina aliqua odora tenuia, & paucifera, hæc copiosum nutrimentum nequeunt præbere, vt satis patet ex saepius dictis, potissimum de vinis tenuibus, & crassis, q. 4. quamquam copiosius paulo nutritum vina odora, tenuia, paucifera, quam inodora, tenuia, aquosa; neque hac de re aliqua potest esse difficultas.

**Quarta conclusio.** Vina odora sunt boni nutrimenti ratio- 4. **Cœclusio-**  
ne qualitatis nutrimenti. Probatur primo, auctoritate ex-  
pressa

An acrimo-  
nia, & mor-  
dicatio per  
se compéterat  
odoribus.

Quomodo  
odores sine  
intelle calidi

3. Cœclusio.  
An vina odora sint eadē copiosi nutrimenti.

4. Cœclusio-

An vina o-  
dorata sint  
boni nutri-  
menti. pressa Galeni de succ. bonit. & vit. c. 11. circa princ. vbi ita  
inquit (at odorum quidem ad succi bonitatem præstat) vbi  
est notandum, non dicere, ad succi copiam, ob rationem al-  
latam præcedenti conclusione. Item aduertendū est loqui  
de vino bene olente, quod simpliciter vocat odorum, sicuti  
& nos etiam loquimur in conclusione.

## Probatio.

Probatur 2. Ratione, odoratus, & gustus, quo ad bonita-  
tem, & malitiam, mutuo sibi consentiunt, vt patet tum in  
edulijs, quæ gustui suauia, & simul bene olentia, si putrilagine  
ne corrumpantur, & male olere incipient, quod odore offendant,  
protinus abiiciuntur, nec gustantur, tum in allijs, cępis,  
& similibus, quæ sicut sunt gustui acris, pariter & odorem  
acrem, & mordicantem emittunt, tum in acidis, & aceto ipso,  
quod similiter & gustum, & odoratum mouet, vt fusè Galen  
enus docet loco ſepius citato 4. de simpl. 22. ergo sicut à  
vino, quod suavis est saporis, optimum natura succum elicit,  
pariter elicit à vino suavis odoris; quia, vt dictū est, quo ad  
bonitatem, & malitiam, odor, & sapor sibi consentiunt, non  
quidem in omnibus gustabilibus, & odorabilibus. sunt enim  
Quæ sint o-  
dorabilia p-  
accidentes. rosa, thus, muschus, & similia olfactui suauia, gustui amara,  
fed in odorabilibus, & gustabilibus edulijs, & quæ ad nutriti-  
da corpora natura producit, quæ vocātur odorabilia per ac-  
cidens, scilicet ratione sapidorum eduliorum, quorum sunt  
nota, an bona sint, & commoda corpori nutriendo, & omni-  
bus animalibus competunt. illa vero vocantur odorabilia  
Quæ sint o-  
dorabilia p-  
se, & cur sit  
hominis p-  
dia. per se, muschus enim, rosæ, & similia odorantur solum ad  
delectationem olfactus, & ideo cū solus homo appetat odo-  
res gratia voluptatis, odorabilia per se solius hominis esse  
própria, docuit Aristoteles de sen. & sensil. c. 5. Ex his cōstat  
praui odoris vina prauos succos gignere, & contrarios esse  
vinis bene olentibus. Est autem odorum diuersitas, quæ in  
vinis cernitur, potissimum à terra, in qua aluntur vites; quæ,  
vt supra dictum est q. 1. sicut ob varietatem alimenti, sapo-  
res varios obtinēt, ita etiā varios obtinere possunt odores,  
quos

quos pariter varios emittent vina, quæ ex vitium vuis exprimuntur. Variantur etiam odores vini; tum per sua tempora; tum ex mutationibus extraneis; alium enim odorem habet vinum, si acescat; alium, si mucescat; alium, si in vappā abeat, seu alia ratione mutetur; Tandem ex artificio; quo vario vtuntur mangones; tum in varijs odoribus; tum etiam saporibus vino tribuendis, magna cum fallacia, nobis sane ignota, & omnino damanda, quod rebus, vt audio, perniciosis vtatur nostris corporibus, in vinis ad corruptelam vergentibus, permutatis, vt sapores, odores, bonos præferant; huiuscmodi sunt, alumen, sulphur, gypsum, pix, sal, & similia tum mineralia: tum ex plantarum genere, ex quibus utilior; tum quo ad odorem; tum quo ad saporem, cum ea aromatica sint, qualia sunt cinnamomum, garyophilli, & similia, potest vino gratia comparari, vt copiarri solet de industria; qua ratione varijs modis vina condiuntur, ad varios morbos curandos, magna cū utilitate, vt videre est apud nō paucos, præcipue apud Arnaldum de Villanova libello de vino. Illud certè non omittam testari, quod sēpe uidi, & obseruaui. Vasa quædam conflatur artificiosè ex lignis cuiusdam arboris, cuius copia est in siluis prope ciuitatē in hoc Regno dictam Altamuram, quæ plurimis iam annis elapsis sub Serenissimæ domus Farnesiae Principum gauisa est dominio, sub Serenissimis inquā Octauio, Alexandro verè magno, Ranucio, & hodie fruitur sub Serenissimo Domino D. Odoardo Farnesio Parmæ, Placetiæ, & Castri Duce Quinto, & Altamuræ Principe, & sub eius Tutore, & Patruo Illustrissimo, ac Reuerendissimo Domino D. Odoardo Farnesio Cardinale Amplissimo. Hæc inquam vasa lignea ex arbore, (quam ibi vulgo, Nero, vocant) vino, quod per horam continuerint, odorem, saporemque gratum tribuant, qualē habent vina amarena nūcupata, multis ante annis inuenta; & fiunt, vino cuilibet cerasiorum amarenorum, vulgo dictorum, sed potius re vera acidi saporis simulq; austeri, vel sola carne manibus pressa, & contusa, ad-

K mixta,

De vase ligneo ex arbore quadam, quod cuilibet vino, qd continent, odorem, & saporem tribuit viui, qd sic ex cerasijs amarenis admixtis.

**De viribus vini, qd vo-** mixta, vel etiam offib⁹ conftractis, admixtis. & grata sunt bi-  
benti, fluentemq; aluum, debilemq; iuuant ventriculum, ma-  
cāt, de am-  
rena.

gis, minusue, pro varietate vini, cui talia immiscentur cerasia  
amarena; quorum mater, seu arbor non fert ligata, ex quibus  
conflata vasa, vim habeant prædictum odorem, & sapore a-  
tribuendi, quod certe mirum est, & abdita naturæ ratio.

**s. Cœclusio.**

**An vina o-**  
**dora caput**  
**lædant.**

Quinta couclusio. Vina odora maxime omnium caput lœ-  
dant. Ita Gal. de succ. bonit. & vit. c. t. 1. vbi cum dixerit de  
vino odoro, quod ad succi bonitatem præstar, subdit (ceterū  
caput ferit) & fusius de attenuante victus ratione c. t. 2. sic  
habet (at quæ odora sunt, & alijs vinis calidiora, ea merito  
caput tentant, quo circa vitanda eiusmodi ijs erunt, qui ce-  
phalæ, aut hemicrania, aut cephalalgia laborant, ut epilep-  
ticis, & maniacis, & vt in summa dicam omnibus, quibus ca-  
put infestatur, sunt fugienda) & 12. meth. c. 4. inquit (por-  
ro vina, quæ odora fuluaq; sunt, quantum ex ipsorum est na-  
tura, omnia caput grauant) & Hypocrates de rat. vict. in-  
acut. par. 3. tex. 4r. his consentanea docuit, inquiens. (Cum  
vero in huicemodi morbis fortem capitum grauitatem, vel  
mētis lœsionē fueris suspicatus, à vino penitus est abstinentia;  
aquāq; tūc dare oportet, vel vinū aquosū, vel prorsus inodo-  
rū, &c.) quibus patet p. Hypocr. à vino odorato caput lœdi

Probatur conclusio manifeste. Quia vina odora sunt va-  
porosa, vt cōstat ex dictis, & cōsequenter ob vaporū copiam  
sunt capiti infesta, replēdo, tendendo, grauitatē tribuēdo, &c.  
qd multo magis efficiunt, si vina odora sint etiā calida, quā  
ob causam amplius caput calore molestant, quo spectat Ga-  
leni verba supra allata; (at quæ odora sunt, & alijs vinis cali-  
diora) nō qd putet vina odora, & calida satis, solū caput tē-  
tare, sed hæc multo magis caput tētare, quā odora minus, &  
remisse calida, quæ dari sup. pbauimus concl. 2. à quibus ex-  
periētia ego cōprobaui in me ipso, caput magis tētari, quī à  
minus odoriferis, magisq; calidis, ob allatā rationē, qā minus  
odorata vina sūt minus vaporosa, minusq; replentia caput

QVAE-

## Q. V A E S T I O V N D E C I M A.

*De Vino diluto, & de Vino Raspatio vulgo dicto.*

**V**ina fere omnia, de quibus in superioribus dictum est, solet plerique aqua admixta bibere; quamobrem prædictis quæstionibus presentे anneximus quæstionem de vino diluto, quod, ut patet, idem est, ac vinum cum aqua cōmixtum; quod diuersis temporibus, & modis fieri solet; Primò quidem vindemiæ tempore, cū pressis uis aquam adiiciunt, quem morem mihi testati sunt nobiles tum Parmenses, tū Bononienses seruari Parmæ, & Bononijs; Vnde certissimum indicium debet sumi, his in locis uuas, & uina secundum se esse generosa; alioqui non tolerarent aquæ mixtionem, & facile acescerent, ut constabit ex dicendis quæst. scq. Et musti hac ratione aqua mixti nō meminit Galenus; nec uinum dilutum solet appellari. Secundo hoc eodem vindemiæ tempore uinum aqua mixtū fit, quod latini loram, vulgo aquatam dicunt Galenus etiā uinaceorū uocat dilutum 2. de alim. fac. c. 9. propc fin. quod fiat, ut ipse inquit (cōiectis in parua dolia uinaceis, tantū aquæ superaffundunt, quo ad omnia permeant, quod ubi satisfactū fuerit, in dolij fundo foramen aperiunt, ut dilutum effluat, idq; pro uino bibunt) & paulo post inquit (deinde rursus aliam aquam parciorē tamē priori, uinaceis affundunt, ita ut id quoq; in potu sit tolerabile (quibus clare meminit tum primæ, tū secundæ loræ, seu aquatæ, ut vulgo loquuntur). Tertiō Vindemiæ tempore solent moderniores aquam uino admiscere in hunc modum. dolium bene munitum uuarum selectarum acinis è racemis detractis fere implet, & uel aquæ ebullientis tantum superaffundunt, quod planè repleat, uel aquæ feruentis in minori quātitate, in maiori uero uini, uel uetusti, qui nō est nobilior, uel noui, & musti; doliumq; occludunt, quod uel prorsus non expiret, uel certe parum; per

De vinorum dilutorum varietate.

De lora, seu aquata, seu vinaceorum diluto.

De raspatio vulgo dicto.

longam, & cauam fistulam . atq; hac ratione, & artificio uinum aqua dilutum, raspatum vulgo nominant , nec uidetur Galeno cognitum, & gustui peculiares quasdam, & sapidas præbet qualitates, cum & dulce sit, & linguam suauiter exasperet, & mordicet, in ciathis etiam scintillás est, & uibrans, & linguam etiam penetrat ea ratione, ut pungere uideatur, quod uulgariter, piccare, dicunt. Quarto, extra uindemiarum

*Quo sicut p.  
præc vina ui-  
luta.*

tempora, cum uina iam facta sunt apta ad potus usum , eoq; magis cū ueterauerint, si uel antequam bibātur per aliquot horas, uel protinus cum bibuntur, aqua miscēantur, uere diluta uina, & propriè tum ab Hippocrate, tum à Galeno , tū ab alijs omnibus dicuntur. Qua autē mensura aqua uino debeat immisceri, quidquid alij dixerint, nihil certi determinari potest, cum non eādem habeant uina facultatem, sed alia, ut dictum est, sint aquosa, debilia, & quę parum aquæ tolent; alia sint potentia, & meraciora, quę multā aquæ mixtionem sustinent. Solum Hippocrates de salubri diēta præcipue tex. 3, & 4. uini meminit diluti, dilutioris, & dilutissimi. atq; hoc quidem nō aliud esse uidetur, nisi cum uini minimum aquæ instillatur, quod cum sit, uinū potius cernitur, quam bibatur, ut & cum risu, & simili cum inscitia dixit quidam ex medicis Galeno sic uinum diluenti pro quodā sene, ut ipsem refert 3. de rat. uict. in tex. 40. in med. ex quo loco etiam colligitur uinum dilutum dici, cum non aqua gustatu euincit, sed uinum. unde patet quid nam sit uinum dilutius, quod scilicet est inter hæc medium. Atque de uino hac ultima ratione diluto, à nobis potissimum est sermo in hac quęstione, An uim habeat calefaciendi, nutriendi, aperiendi, &c. sicut de ceteris dictum est uinis, unde colligetur quid sit de alijs uinis dilutis sentiendum .

*3. Cœclusio.  
An vina di-  
luta calefa-  
cient, an re-  
frigerent:*

Prima cœclusio. Vina quo magis sunt diluta, eo minus calefaciunt, magisq; refrigerant, & humectant; adeo ut uinum dilutissimum magis refrigeret quam aqua. Duas partes habet conclusio . Et prima cit omnino manifesta, cum enim aqua

aqua refrigeret, & humectet, & uinum respectu aquæ calefaciat, ut cōstat ex dictis supra q. 3. necessario quo maior est aquæ mixtio, minus calefaciet uinum, magisque refrigerabit ob admixtam aquam.

Secūda pars probatur primo. Expresso ex Galeno, qui I. An vinū di-  
de simpl. med. fac. c. 29. fuisse docet, & experientia comprobat, pauculum oxirati, seu aceti copiosæ aquæ mixto, & non calido, sed quam fieri potest maximè frigido epoto, pariterq; simili modo uino aquæ admixto, & epoto, magis refrigerari, magisq; à siti liberari homines, quā à solius frigidæ potu. Atq; hinc patet cur Hypocrates lib. de salubri diēta tex. 31. inquit. (quos sitis infestat, cibos hi & labores minuāt, ac uinum dilutum bibant, idque quam frigidissimum) quia ex tali potu, magis quam ab aqua sola sitis sedatur. Id quod nō obstat dictis à nobis superiori tract. de aqua q. 6. art. 2. ubi uoluimus tempore sitis bibendam aquam; his enim, quibus magis cordi est uini potus, ex usu maxime est potus uini dilutissimi, de hoc enim intelligendus Hypocrates, cum magis refrigeret quam aqua.

Probatur 2. Ratione, quæ ex Gal. cit. 1. de simpl. 29. clare colligitur. Vini pauculum admixtum aquæ copiosæ hanc ad penetrandum facillimam reddit, & ut ipse loquitur, adminículo est, ac veluti alas aquæ præbet ad omnes corporis partes permeandas, & consequenter vino pauco addito, aqua citius, & plures partes refrigerat quā sola; quapropter corpus maiorem saltē extensum recipit refrigerationem à vino valde diluto, quam à sola aqua; Et hanc ob caussam idem Gal. in Hypocr. cit. de sal. diēt. in tex. 31. in fin. inquit, id est potionem dilutam, & frigidissimam competere sitientibus, quia quod frigida refrigeret, & vini obtineat cōmoditates, id est penetreret, & non immoretur in hypochondrijs.

Atq; hinc clare colligitur primo dilutum uinum esse apertuum, & penetratum, quia nō immoratur ratione aquæ, cui alas præbet vini admixtio ad omnes corporis partes permeandas.

meandas. vnde clare etiam sequitur dilutissimum vinum esse minus aperituum, magis vero quod dilutum est, quod paulo magis vini habeat, vnde penetratio preuenit. vnde etiam infertur hanc doctrinam non esse intelligendā de vinis admodum crassis, admodum austoris, acerbis, dilutis; horum enim vinorum quo maior est admixtio, eo maior aquæ additur astrictio. sed de tenuibus, & natura aperientibus vinis.

**2. Corollar.**  
**An vina di-  
luta nutriat.**

Colligitur 2. Vinum dilutum parum nutritre, eoq; minus, quo magis fuerit dilutum; Constat enim ex dictis superiori tract. de aqua q. 5. conclus. 3. aquam non nutritre. & ex dictis hac tract. q. 5. parum nutrientia esse aquosa vina, de quibus quæ dicta sunt, vinis dilutis valde conueniunt. Confirmatur ex Hippocrate de rat. viet. in acut. par. 2. tex. 28. vbi docet pro reficiendis viribus, non esse utendum vino diluto; & in hunc locum Galenus docet dilutum vinum ventris tonū, seu robur exoluere. quod confirmat Hippocrates seq. tex. 34. vbi inquit (dilutum enim cum infirmitate humentem reddit ventrem superiorem, flatuosumq; inferiorem.)

**3. Cōclusio.** Secunda conclusio. Vina, quo magis fuerint diluta, eo minus caput tentant. Est communis, & probatur primo, auctoritate Hippocr. 3. de rat. viet. tex. 41. vbi cū capit is affectus adest suspicio, vinum prohibet, & solum cōcedit inodorum, & aquosum, multoq; magis si à potionē ipsorum aquæ exiguum super bibatur, nā hoc modo potentia vini caput, mentemq; minus tentabit, ergo per Hippocr. minus tentabit caput. Quæ vina nō put etiam vinum, quod sit dilutum antequam bibatur, potissimum si sucrit aquosum, & inodorum, quæ vina ut cit. loc. habetur, & 12. meth. med. c. 4. in fin. caput non feriunt, nec contristant. quo etiam loco idem habetur de vino austero, eo scilicet, quod non est simul dulce, flavum, & calidum, & vetustum, sed frigidius, hoc enim caput non lēdit, illud autem offendit, ut constat legenti Galenum in Hippocr. de rat. viet. com. 3. in tex. 7.

**4. Probatio.** Probatur 2. dilutum vīnū opponit meraco, qđ scilicet non

non est debile, sed vinosum, & potens, & aquam non habet mixtam, cui etiam opponitur vinum aquosum, cuius natura fortitur vinum dilutum; sed Hyppocrate docete de rat. viii. par. 2. tex. 34. vinum meracum venarum palpitationem, id est temporum pulsationem efficit, capitisq; grauitatem, & sitim infert, propter caliditatem, ut Gal. docet in commento, ergo dilutum vinum contraria operabitur, quod sit frigidum, & humidum, ut ipse etiam docet Gal. qui etiam 12. meth. 4.. vina omnia calida debile caput implere statuit. Atq; hoc spectat, quod idem Hyppocr. docet de rat. viii. par. 3. tex. 8. inquiens, (quod autem superiora quidem omnia, vesicamq; minus offendet, si dilutius fuerit, intestina vero iuuabit magis, si meracius, neminem latere debet) est enim sermo de meraciore austero, ut Galenus notat, à quo & caput leditur, & excretiones cohibentur, ac proinde nocet vesicæ etiam, & thoraci, vrinæ excretionem, & sputum prohibens; & sola intestina possunt iuuari ratione astrictionis, ne laxentur, si autem fuerit dilutum, minus offendet caput, thoracem, & vesicam, qd sit frigidius aquosius, & magis aperitium. Hinc etiam intelligitur; Cur ab vsu lactis colluendum sit os vino diluto, non meraco, ut Galenus docet 3. de alim. fac. c. 1 5. in fine; quia caput non tentat vinum dilutum, quo circa, & sunt Galeni verba (si tā robustum sit caput, ut vini meri collutione non offendatur, melius gingivis, & dentibus, is consuluerit.)

Probatur conclusio 3. In affectibus capitum aquam dare oportet, ex Hyppocr. de rat. viii. par. 3. tex. 41. eo qd propter frigiditatem vaporum copiam, qua caput repleatur, ex se paucam habet, & præbeat; Contra vero efficiat vinum, qd, ut Galenus habet in hunc locum, propter caliditatem celeriter ad caput feratur, feruentisq; in corpore secū ferat humores. ergo quo aquosiora sunt vina, & dilutiora, & consequenter frigidiora, eo minorem evaporationem infensam capiti excitabunt, & consequenter secundum se vina quo dilutiora, eo minus caput ledent.

Qænā vina  
caput effan-  
dant.

Quo vino sie  
os colluedū.

Atque

**De vini 2.** Atque hęc eadem, quae dicta sunt de vino diluto in com-  
quati, & ra-  
spatiribus. muni omnium acceptione, dicenda pariter sunt de alijs vinis  
dilutis siue aquatis, siue raspatis vulgo dictis; pro maiori sc̄i-  
licet aquae admixtione minus calefacere, minus nutrire, mi-  
nusq; caput tentare, ob eandem omnino rationem, vt satis  
patet. sed contra.

**Obiectio.** Obiectio 1. vinum raspatum est dulce, linguā pungit, scin-  
tillat, seu vibrat, quae omnia sunt à calore, ergo calidum est  
absolute, contra primam conclusionem, & consequenter ca-  
put contristat, contra secundam conclusionem.

**Responsio.** Respondetur negando cōsequentiam, esto enim calidum  
fit raspatū, & caput lēdat, certe minus caput lēdet, minusq;  
calefaciet, quo maiorem habebit aquae copiam admixtam,  
quod in conclusionibus intēdimus. Est autem re vera raspa-  
tum caliditatis particeps, & frigiditatis, huius quidem tum-  
ratione admixtae aquae, tum austeri saporis, quem ab acino-  
rum corticibus, & densiori interiori carne ipsorum, seu cras-  
fiori, & fēculentiori, ac terrea substantia recipit. qui sapor  
austerus frigidus, & terreus est, & idcirco linguā superficie  
tenus mordicans, & exasperans, vt patet ex dictis supra q. 6.

**Qua ratione**  
sit raspatum  
calidū, & cur  
sit dulce; pū-  
gēs, seu pic-  
cās, & scin-  
tillans, seu  
vibrans.  
Caliditatem vero participat ob rationes in obiectione all-  
tas. dulcedo enim, vt constat ex dictis q. 8. est caloris saltem  
moderati effectus, & ex maturis ac dulcibus uuis raspato tri-  
buitur. Linguæ punctura, quod piccāre dicunt, fit à spiritibus  
vini occluso dolio retentis, qui vt pote tenuissimi, & calidis-  
simi, vt cōstat ex dictis q. 9. art. 2. obiect. 1. linguā permeant,  
& pungunt una cum dulcedine ex dulcibus uuis, & austeri-  
tate ex vuarum corticibus, vt dictum est. Hinc etiam fit vt cū  
spiritus hi tenuissimi multi sint, perspirationēq. desiderent  
suapte natura, veluti feruentes, vibrant, & scintillent, potissi-  
mum cum vel ex dolio in vrceum; vel ex vrceo in poculum  
repente vinum effunditur; quo motu spiritus vini magis vio-  
lento prosiliunt. Atq; hinc fit raspata dicta uina, si ex uuis  
sunt debilibus, uel acidis, uel austerioris, & minime generofis,

uel

uel satis respirauerint; minimè scintillare, nec esse dulcia,  
nec linguam pungere, aut ut uulgo loquuntur, piccare; quia  
parum affluūt spiritibus, qui copiosi sunt ex uuis generosis,  
& quæ minimum expirauerint in dolis.

Ex his colligitur primo plurimorum, immo communis er-  
ror putantium eundem esse austерum, seu mordicantem sa-  
porem, & pungentem, seu piccantem, ut loquuntur; Ille enim  
à frigido, & terreo fit, hic à calido tenui; ille solam externā  
linguæ partem mordicat, astringendo, quam ob causam au-  
stera uina optima sunt ad madefaciendas partes confractas,  
& uulneratas, ut Hyppocrates fusè docet de fracturis par. 3.  
tex. 21. ibidemq; Galenus; pungens uero seu piccans inte-  
riorem linguæ substantiam, & profundam penetrat. ille ue-  
tustate amittitur, & aboletur, pungēs uero uetustate crescit;  
Vnde uina græca nostro tempore dicta, & similia uina fortia  
tenuia, sunt linguam pungentia, & piccantia, non mordican-  
tia, seu austera, & astringentia. Quapropter non bene Petronius lib. 2. de uictu Roman. c. 12. prope fin. negat saporem  
pungentem, esse acrem saporem. pungens enim sapor tenuis  
est necessario, ut ipse etiam concedit; ergo uel cū frigiditate,  
uel cum caliditate, non cum frigiditate; hic enim solus est  
sapor acidus, qui tum est frigidus, tum tenuis, vt constat ex  
dictis q. 7. & non datur in raspato, nisi certe ex uuis fiat aci-  
dis. ergo cum caliditate, qui est sapor acris, natura tenuis,  
& calidus, aliud enim non datur sapor calidus in substantia  
tenui; amarus enim sapor calidus est, & crassior respectu a-  
cris saporis, & solū est tenuis respectu habito ad astringen-  
tia, vt fusè Galenus docet 4. de simpl. med. facult. c. 19. Am-  
plius quæcūq; sunt linguā pungentia verè, ac propriè, acria  
sunt, vt piper, cinnamonum, garyophilli, & similia aroma-  
ta; & ex simplicibus, cœpæ, allia, porri, & similia. pungens  
igitur sapor in raspato acris est, & calidus, & tenuis. Neque  
est quod obijciat Petronius, in raspato non esse quid acre,  
scilicet admodum calefaciens, statim ac gustatur, vt constat

j. Corollariū  
Error putā-  
tiū eundē es-  
se saporem  
austerum, &  
pungentē, seu  
piccantem;

Error Petroni-  
j putantis  
saporem pun-  
gentem non  
esse saporem  
acrem.

Cur nō per-  
cipiat sapor  
acris, seu ca-  
lidus in ra-  
spato.

ex dictis q.9.art.1.not.1.in fin.Ratione enim spirituum caldorum,& tenorum, adest sapor acris in raspato, verum is nō precipitur,quia caliditas obtunditur ab austero sapore frigido.

2. Corollar.  
Error putantur  
vina austera esse  
fortia.

Colligitur 2.alter error, qui ex prædicto prouenit ; quod plures falso austera vina iudicant esse fortia,cum tamen sint frigida .quod facile dignosci potest;austera enim simpliciter vina,quaꝝ quod linguam exasperent , & mordicent ,videntur cum errore imperitorum,qui plures sunt in hac re,esse valida ,& piccātia, si mane mittātur ex dolio,vesperi euaneſcūt ; non sic vina vere fortia ,& pungentia. præterea vina austera sunt crassæ substantiæ,pungentia vero,seu piccātia propriæ , vt plurimum sunt tenuia .

3. Corollar.  
Error putantur  
vina redi validius ,  
quo magis  
ferbuerit cū  
vinaceis .

Colligitur 3. tertius error eorum, quoꝝ magnus est numerus, qui putant vinum reddi fortius magis ,& validius, quo magis vna cum vinaceis ebullierit; Esto .n. verum sit, vinum quo magis ferbuerit, eo esse validius, vt dictum est q.9.art.2. obiect. 1.tamen quo magis cum vinaceis ferbuerit, eo minore vim acquirit. quia crassioris substantiæ ,& frigidioris vix , & magis austera maiorem recipit vim ,& admixtionem, vnde vino frigiditas,nō caliditas,& validitas tribuitur. Quam-

Cur vina p-  
mutentur ,&  
a fœcibus se-  
parentur .

obrem etiam vina certo tempore mutantur, vt aiūt,seu percolantur ,& a fœcibus expurgantur,vt validiora fiant ,& calidiora,quod impeditur a fœcibus vini terrestribus natura ,& frigidis ; vnde fit etiam, vt quousq; cum fœcibus conseruantur vina,in magis austera conseruentur ,& magis mordicantia, seu linguam exasperantia.Re vera igitur ex feroore cum vinaceis,vina recipiunt tum saporem austern ,& mordicatem, qui frigiditatis est nota secundum se,non validitatis,& caliditatis,qua in re imperiti decipiuntur,vt mox diximus;tum intensiorem colorē, siue flauum, siue nigrum, pro varietate vuarum, siue ex albarum genere, siue nigrarum; quocirca flauus ,& fuluus color proprius calidissimorum vinorum Gale ni tempore,vt constare potest ex 12.meth.c.4.& in Hippocrat.de rat.vict.com.3.in tex.6. nūc communis sit in hac ciuitate

uitate Neapolis, ex prædicto artificio feruoris vini cum vinaceis, vinis debilibus, & aquosis, qualia sunt asprinia, & similia, sed contra:

Dices, vuarum succus, qui sponte ab uuis effunditur sine Obiectio compressione pedum, vel manuum, sed solo vuarum ponde-re, quam lachrymam puram, seu virginem vocant, quod ab uuis excurrat more lachrymarum ab oculis. Est debilioris facultatis quam reliquum vinum, quod è calcatis, & pressis uuis effluit, & cum vinaceis ferbuit, ergo signum est à feruore cum vinaceis, vina vigorem, & calorem recipere. Respon-detur huius argumenti, quod aliqui mihi obiecerunt, ante-Solutio cedens falsum omnino esse, plures mihi testati sunt, qui etiā affirmarunt uini lachrymam reliquo uino esse duplo ualentorem, & calidorem. Et sane ita demonstrat ratio allata. à uinaceis enim neq; uim, neq; calorem recipit vinū; sed co-lorem, & saporem austерum, & asperum, quæ sunt falsæ notę ualitudinis, & potentiae uini, ut dictum est corollario secun-do, quam obrem uini lachryma, si ex uuis sit nigris, nitidum ac ualde remissum habet colorem rubeum; si ex uuis sit flauis, ominino album præfert colorem. Verum esto cōcedatur antecedens obiectionis, adhuc facilis est responsio. si enim lachryma uini sit imbecillior reliquo uino, huius rei non est causa feruor unà cū uinaceis; sed quia qui primò fluit liquor ab uuis, est aquosior, qui remanet uero est crassior, uinum autem quo aquosius, eo est debilius, ut dictum est sèpius.

Colligitur 4. prædicto affinis quartus error eorum, qui ad conseruanda uina, & reddenda ualida, vuarum calcatarum, & postea prælo subiectarum succum pro certa quantitate uino musto adiiciunt; Cum enim ui præli pressus succus sit maxime fœculentus, terreus, & austerus, pariter etiam & frigidus est, qui nec uino uim, nec calorem potest tribuere, sed potius frigiditatem, quam ob causam facile hæc uina in acorem permutantur.

4. Corollar. Error mitcé-tiū vino uia-rū liquorem prælo expres-sum.

Obijcties 2. cōtra 2. conclus. auctoritatē tum Galeni qui 2. 2. Obiectio;

L 2 de

de alim. fac. c. 9. in fin. sic inquit (utraq; lora capiti dolorēm affert, nisi quis dilutiores ipsas bibat, sed prior magis caput ferit) tum Aristotelis qui sect. 3. problem. 3. afferit temulen-tiam celerius induci à uino diluto, quā à meraco. ergo male conclusimus uina diluta caput non tentare.

**Responſio.**

Respondetur hanc Galeni auctoritatem non obſtare, ſed fauere; neq; enim ſimpliciter negamus in conſtruione, uina diluta caput tērare, ſed eo minus caput moleſtare, quo ma-gis fuerint diluta, quod expreſſe Galenus docet, dū inquit, niſi quis dilutiores ipsas bibat; Illud etiam aduertēdum eſt, diluta de quibus Galenus loquitur, utpote de uuis græcis, & atticis, eſſe admodum ualentia, & uinosa, ut ex ipſomet licet colligerē, cum teſtatur ad Ver uſq; & Aetatē aſſeruari, quo tempore magis caput feriunt, hyeme uero minus. legendus Galenus loc. cit. ubi notat uarietatē in loris, ſeu aquatis pro uarietate uuarum. Ad Aristotelem dicendum absolute falſā eſſe hanc propositionem, & explicandā, pro ut ipſe explicat, hoc accidere non ratione diluti ſecūdum ſe, ſed quia huius maior copia quam meraci bibatur, ob quam fit ut copiosam efficiat euaporationem ad cerebrum uinum dilutum, unde temulentia, & ebrietas, quam non infert meracum, quod in parua quantitate ebitur.

Hæc ſatis ſint de uini diluti matcria, cui illud omnino addendum eſt, inaneſ eſſe illorum queſtiones, dum uolunt di-lutum uinum non debere statim bibi, ſed dēbere ad mensam ferri per aliquod tempus antea dilutum; ita putauit Arnaldus à Villanova libello de uino, ſect. de uino aquatico, ubi arguit Dominos, & Prælatos, quod aquam uino, cum bibere uoluerint, imponant; eò quod ita conturbatio, indigestio, & uentositas ſtomacho accidat ob imperfectam mixtionem, que oculis cernitur, partibus alijs ascendētibus, alijs deſcen-dentibus, in cyathis crystallinis; quam eandem opinionem ſectatur Costæus lib. 2. de potu in morbis cap. 20. in fin. Ar-nald. addit calici, aliquos contendere, prius aquam, deinde uinum

An uinū, ſta-  
tim ac di-  
luitur, bibi  
debeat.

uinum debere infundi, contra ipse sentit Costæus, primo uinum, postea aquam debere imponi, quæ cum grauior sit vino, facilius descendat ad ima, faciliusq; ita permiscetur. Etenim quamquam verum est, aquæ & vini mixtione me lius temporis spatio, quam repente compleri, illa tamen nullatenus necessaria est ad ventriculi digestionem, & concoctionem, in quo quantumuis imbecillo cum vniuantur res diuersi generis, puta caro, vnum, panis, & similia, multo fa cilius vniétur aqua, & vnum simul bibita. Et cum vnum diluatur ad remittendam vim vihi, parum refert, an cum bibatur, diluatur, an multo ante; vnde Hypocrates 3. de ratione vicitus tex. 41. à vini potu iubet parum aquæ esse superbibendum, vt vni potentia caput minus loedat; non igitur necessaria est hæc morosa mixtio, & dilutio antequam bibatur. Et quod vnum dilutum flatum efficiat, cruditatem, & cetera; non est causa mixtio imperfecta; sed quod dilutum vnum non congruat in his ventriculis debilibus, quibus ex vnu est vnum meracius. Illud etiam, quod addit Costæus, es se grauiorem aquam vino, mihi videtur omnino falsum, tum experientia, in cyathis enim citius descendit vnum aquæ superinfusum, præsertim si vnum sit crassæ substantiæ, quam contra; si eadem vi, & diligentia alterum alteri affundatur; Tum ratione; vnum enim vtpote mixtum perfetum, habet portionem terræ admixtam saltem in maiori copia, quam habeat aqua; quocirca ratione terrei elemen ti grauius omnino debet esse vnum quodlibet, licet tenue, quam aqua. Est autem aqua magis grauans ventriculum, quam vnum, quia hoc est congruentius ad nutritionem tum ventriculi, tum totius corporis, quam sit aqua; & ab his, quæ sunt qualitate infesta, maxime grauatur ventriculus, talis est aqua sui frigiditate.

An aqua sit  
vino grauior  
vel contra.

Solutur ra-  
cita obie-  
ctio.

QVAE-

## QVAE STIO DVODECIMA.

## De Aceto.

**P**ropter eas, quas supra exposuimus vini mutationes, & alterationes naturales, quibus vinum perficitur processu temporis. aliae sunt, quibus vinum contra in deteriorius mutatur, & sibi naturam aduersam recipit. talis est mutatio in acetum, quod sicuti sensu ab omnibus dignoscitur. nemo enim est, qui cum vinum nouerit, vbi illud in acom rem aperte transierit, aceti naturam recepisse non sentiat. Ita contra, cuius naturae acetum sit, frigidæ ne, an calidæ, an mixtæ, plane est in obscuro, adeo ut Gal. i. de simpl. med. fac. c. i 7. in med. sic loquatur. (maxima controversia est de aeto, alijs frigidum, alijs contra calidum astrictuentibus; nonnullis calorem quidem illi concedentibus, sed quandam etiam auferentibus, velut qui acetum esse vinum mortuum asserunt, nam hi propriam vini caliditatem perdidisse quidem; verum ex putredine assumpsisse aliam quandam contendunt. Atque ego sane non multum abest, quin illorum laudem sententiā, in eamq; prompte accedam, proq; hac assertione, atque opinione pericula omnia subeam, si quam machinam, aut arte inuenire queam, sicut in lacte contrariarum partium separationis, ita hic quoq.) Ex quibus patet antiqua de aceti natura, & temperie controversia, & Galeni sententia putantis acetum esse secundum partes plurimas frigidum, scilicet secundum partes vinolas, quarum ratione est acidum; secundū alias vero minores, calidum, scilicet secundū partes aqueas, & secundum aqueum recrementum; secundum quod putre quid esse acetum existimat, & acre. quam opinionem sepius repetit potissimum 4. de simpl. med. fac. cap. 3. & 12. vbi hanc opinionem tribuit Aristoteli, & Theophrasto. Ut hac de re nostram aperiamus sententiam, sit nostro de more.

Variae opiniones de aeti temperie.

Galeni opinio.

Prima

Prima conclusio. Acetum est frigidæ naturæ, seu virtutis, & facultatis frigidæ. Demonstratur primo manifesta, experientia, quam fusè tradit Galenus 1. de simpl. med. fac. c. 19. oēs enim ex acetō madente lana superimposita alicui corporis parti, principio manifestū frigus percipiunt. Immo etiā Galenus in se ipso se expertum esse testatur, vt aceti potentiam experiretur, ab illita thapsia in pluribus tibiarū locis, vbi hæc post quatuor, vel quinq; horas inflammari cepissent, & accēdi, acetum inspersum fuisse efficacius remedium quā aquam, vel rosacēum, vel aliud simile medicamentū. Est igitur virtute frigidum acetum, non enim aliter à Thapsia excitatæ phlegmonas valet acetum sanare, nisi refrigerando. Si quis enim diceret, acetum calidas has passiones curare, acrimoniam obtundendo, sicuti efficit oleum, & rosacēum, aperte fallitur; inest enim aceto molesta facultas irritans, & mordicatiua, vt satis constat, & infra explicabitur.

Probatur 2. experientia patet medicis omnibus, quam testatur Gal. 1. de simpl. med. fac. c. 18. aceto sanguinis eruptiones, quas hemorrhagias vocāt, cohiberi, & supprimi, ergo frigidum est acetum, qua refrigerādi vi astringit, & contrahit; frigidum enim est, quod congregat omnia, & homogenea, & eterogenea. Neque possit quis dicere, vi carentis ferri etiā supprimi sanguinis fluorem, & caloris ratione, non frigoris, acetum sistere fluentem sanguinem. Etenim vt Gal. loc. cit. optime arguit. quæ vi caliditatis summa, vt cauteria plane carentia sanguinem sustinet, vstione id efficiunt, per quam quod ex vstione remanet, operculum sit subiectis partibus, idq; crux vocatur à latinis, à græcis escara, at neq; caliditas ab aceto percipitur, sicut à carente ferro, neque crux ab aceto relinquitur, vt satis patet, non igitur vi summarum caliditatis, quam acero tamquam igni antiqui tribuebant, sed frigiditatis, acetum fluxiones sanguineas constringit.

Probatur 3. acidus sapor frigidus est, vt ex Galeno probavimus supra q. 7. ergo acetum, in quo viget sapor acidus, natura

1. Cōclusio.  
1. Probatio.

Quomodo  
olcū, & rō-  
faceū valea  
ad calidas  
passiones.

2. Probatio.

Qua ratione  
acetum sistit  
fluxiones sanguinis.

3. Probatio.

tura est frigidum ; Confirmatur . quia omphacis succus frigidus est , ergo & acetum ab omphacio sola tenuitate differens , erit frigidum .

## 4. Probatio .

Probatur 4. In acetum facile transeūt vina, quæ frigidiora sunt, qualia sunt aquosa, acerba, valde austera, & quæ acidum saporem participant, vt docet experientia, & Galenus testatur 1. de antitodis c. 3. init. & 4. de simpl. med. fac. c. 13. contra vero difficulter acescunt vina calidiora . immo vero Galenus testatur loc. cit. 1. de antitodis 3. patrem suum vina debilissima in calidissimam cellā detulisse, & st̄ebē tum multa, tum calida plenas lagēnas contexisse experiendi gratia , & voti compotem factum esse, & numquam deinceps acidū vinum habuisse . ex quibus clare patet acetum à frigiditate ori, non à caliditate, & consequenter esse frigidum .

## 5. Cōfirmat.

Confirmatur 1. Alijs experientijs, quarum etiam est testis Galenus in 6. de morb. vulg. com. 4. in tex. 10. prope finem . Constat . n. in vasis vinarijs reclusis, seu apertis vinum contentum facile acescere, non sic in vase bene operculato; Itē facilius acescere vina in vasis vacuis, quā plenis, ita ut operculum vinum attingat : amplius diutius conseruari vina in dolijs gipsatis, picatisue, quam contra. Quia vasa reclusa, vacua, & rara habentia tegumenta facilius refrigerantur, quā quæ clausa, obstruēta, plena sunt, & tegumenta habēt pice, & gipso, vel similiter oblinita ; Namq; in vasis apertis, vacuisque, & in raræ texturæ dolijs facilius perspirat, & transpirat vinum; & facilius externus aer permeat, quibus de causis facilius vinum refrigeratur .

## 6. Cōfirmat.

Cur vindemia tēpore pluio fert facile acescentia .

Confirmatur 2. Quia hac de causa vindemia collecta tēpore pluvio, vina fert facile acescentia . Et quæ decoquuntur vina, minimè acescunt, vt docet experientia, quam testatur Gal. 4. de simpl. med. fac. c. 12. his verbis. (Itemq; quod in fructuum collectione, vindemiaq; per assiduum pluuiam aliena humiditate impletum fuerit, quodq; alio quoouis modo humiditatem accepit, leui occasione ea omnia prompte acescunt,

*Cur acescat  
vina debilita  
facile.*

*Galen ex-  
periencia ne  
vinum ace-  
scat .*

*Cur vinū fa-  
cilius ace-  
scat in dolijs  
apertis, va-  
cuis, & ha-  
bentibus ra-  
ra tegumen-  
ta, quam cō-  
tra .*

*Cur vindemia  
tēpore  
pluio fert  
vinum facile  
acescentia .*

aceſcunt, contra euenit ijs, quæ igni admouentur.) quia plu-  
vio cœlo collectæ vuæ ſuccum habent refrigeratum, qui fa-  
cile coctionis diminutionem recipiens, in aciditatem trāſit;  
Non ſic vina decocta, quæ vi decoquētis ignis à frigidis ex-  
crementis expurgata, melius adhuc vi propria concoquun-  
tur; & integra diuifimè permanent; qua in re notādum eſt,  
quod à viris fide dignis accepi, qui Aprutium incolunt, po-  
tissimum prouinciam Aquilæ, apud quos in vſu eſt vinū de-  
coqui. apud hos aeeti eſſe penuriam, atq; in acetum verti  
id, quod à vinaſ, dum decoquuntur, in ſpumam abit, & artiſ-  
cio fecernitur, & depumatur. Cuius rei ratio ex dictis ap-  
paret, eſt enim ſpumosa hæc ſubstantia frigida, ideoq; apta  
ad aceſcendum per ulteriorem refrigerationem, vinum vero  
decoctum, abiecta ſpuma, calidum, ad acorem recipiendum  
minime idoneum. Confirmatur tandem. quia ideo aqua vi-  
no immixta, vinum in acetum permuat, quod quotidiana  
docet experientia; quia vinum refrigerat, hæc enim eſt aquæ  
natura, & proprietas, ſcilicet refrigerare; Vnde conſtare po-  
terit vina debilia facilius aquæ mixtione refrigerari, & in  
acorem duci, diſſicilius vero vina fortia; obſeruatū eſt enim  
quandoq; vina græca magna ſuperiufula aquæ copia, debi-  
lia quidem eſſe redditā, verum acorem non recepiffe, quod  
aquæ refrigerationi innata vi calefaciente obſticerint. eſt  
igitur acetum tum generatione, tum natura frigidum.

Secunda conclusio. Acetum ita eſt frigidū, ut nullas pro-  
fus in ſe habeat particulas præternaturaliter calidas, ſiue  
putridas. Iam audaciæ criminē nos pleriq; increpabunt, qđ  
diſcedamus à Galeno vocante Aristotelem, & Theophrastū  
pro ſua ſentētia. Sane diſplicet diuersa opinari à ſummis vi-  
ris, & parentibus tum philosophiæ, tum medicinæ; Atq; hæc  
ob causam annis pluribus elapsis cū typis darem tractatio-  
nem de febribus, vbi fermo incideret de aceto in q. 6. ſect. 2.  
art. 1. ad 2. Galenicam hanc ſuppoſui opinionem, diſſicilem  
illam existimans, & aliqua ratione explicabilem. Sed cura re-

Cur vina  
decocta non  
aceſcant.

Cur vini de-  
cocti ſpuma  
aceſcat.

3. Cōfirmat.

Cur aqua vi-  
num in ace-  
tū permuat,

2. Cōcluſio.

vera inexplicabilis ea videatur, ob rationes afferendas; merito quis temeritatis nos non arguet; præcipue cum, vt Galenus ipse 1. de simpl. med. fac. c. i 9. de aceto loquens, habet illorum corruptum sit iudicium, qui nulli dogmati serviliter sunt addicti.) Et nostra hæc conclusio omnino est Hypoctratis loc. infra cit.

**1. Probatio.** Probatur igitur conclusio 1. Vino acescente, nulla datur causa præternaturaliter calida, & putrefaciens; ergo nequit in aceto dari putris aliqua particula, & calida præternaturaliter. Antecedens satis patet ex dictis conclusione præcedenti præcipue probatione 4. vbi à frigiditate vinū acescere demonstratum est, quod Galenus etiam fatetur 4. de simpl. med. fac. c. i 2. init. dum de vino inquit (quod rigorem perpersum est, acidius protinus redditur, ac si prorsum refrigeretur, penitus acescit.) Consequentia etiam patet, Est enim putrefactio corruptio natiui caloris à caliditate aliena; tenui quod idem est alteratio calorifica præternaturaliter, quæ necessario debet fieri à caliditate extrinseca, & excedente naturalem caliditatē, vt fusè explicuimus nostra tract. de febribus q. 6. Sect. 2. Cum autē acetum sit vel vi aeris in dolis vacuis, vel apertum habentibus foramen, vel vi aquæ superinfusæ, solæ hæc sunt causæ refrigerantes vinū, ut palam est, non igitur possunt esse in aceto partes vllæ calidæ præternaturaliter, & putres.

**a. Probatio.** Probatur conclusio 2. ad generationem saporis acris, non requiritur caliditas præternaturalis, & putrida; vt satis patet ex dictis supra q. 9. art. 2. Vinum enim antiquatur, & perficitur, dum sit acre. quod autem putreficit, corruptitur; acris igitur sapor, qui in aceto videtur percipi, si is à calore provenit, non oritur à calore extrinseco, præternaturali, & putrido, sed alio, qui naturalis potius erit, & perfectius. An autem illud, qd acre videtur in aceto percipi, sit re vera acre, & an à calore, paullo infra dicetur.

**3. Probatio.** Probatur 3. quia non potest assignari, quæ nam sit hæc pars in aceto, quæ acris dicitur, & calida caliditate aliena, & fu-

& putrida à Galeno; Esto .n. vt Galenus docet 1. de simpl. med. fac. c. 17. in liquoribus omnibus, dū fructus exprimuntur, adsit pars altera serosa, & alia crassa, & fœculenta: quæ nā ex his sit pars acris, & putris in aceto, nō potest explicari. quod agnoscens Galenus cit. loc. ostendit his verbis, (qd veluti fēx est in illis, & fortasse & in aceto est eiusmodi quippiam, & forsan ipsum est, quod caloris est particeps: qd vero frigoris, quod tenue est. fortassis vero & in ipso tenui exiguum quoddam defertur in multa quantitate dispersum alterius naturæ quam ipsum totum nam quod maiori parte frigidius sit quam calidius, liquido ijs apparere arbitror, qui verè facultatem eius expenderint.) Ex quibus cōstat Galenū ipsum dubitare, tū an in aceto, quod similare quid apparet, adsit id, quod fœculentum dicitur. Tu nā fēx sit pars putris, & calida, an vero alia cum parte tenui dispersa. Et neutrum horum dici potest. pars enim fēci respondens, est terrestrior, & consequenter frigidior, vt patet ex dictis supra de vinis acerbis, & austerioris pars vero alia, quæcumq; ea dicatur dispersa, & delata cum portione tenui acetū, cum ea etiā tenuis sit, & omnino similis serositati acetū, eandēq; passa alterationem, & refrigerationem, vt patet ex dictis, & ab eadem indistinguibilis sit; eandem omnino debet naturā retinere frigidam. Et non nisi gratis, ac sine vlla ratione assurit diuersæ naturæ, quod plane demonstrat Galeni atlatus loquendi modus dubitatiuus, & cū reuerentia (fortassis) non igitur in aceto datur portio vlla distincta à frigida, & acida, quæ acris sit, & calida calore putredinali, & alieno. Præterea si dicatur pars terrestris esse calida, & acris, & eius ratione esse acre acetum, sequetur procedente tempore, in quo pars terrestrior semper magis secedit, magisq; subsiderit, fieri acetū minus acre, quod est contra experientiam, acetum enim tempore procedente fit semper acidius, acrius, ac tenuius. Amplius vt patet ex dictis q. 9. Cum vinum fit acre, fit magis calidū, igneum, & tenuē, igitur tenuibus partibus,

In omnibus liquoribus  
datur pars serosa, & fœculenta.

An pars ace-  
ti fœculenta  
sit calida, &  
acris, an ve-  
ro terola, &  
tenuis.

& substantijs acris sapor competit, non terrestribus, & fœculentis, tenuibus autem partibus aceti tribuitur aciditas iuxta Galenicam, & verissimam opinionem de hac re, nō igitur assignari potest; quænam sit hæc pars acris calida in acetum distincta à partibus eiusdem aceti frigidis, & acidis.

**4. Probatio.** Probatur conclusio 4. Experientia constat, acetum quo fit magis acidum, eo etiā fieri magis acre, sed quo fit acidius, fit frigidius; ergo non potest simul etiam fieri calidius, & putre secundum partes aquæas, vt putravit Galenus. Etenim m. partes vinofæ sunt ita admixtæ partibus aqueis re vera, & in Galeni doctrina, vt si vinofæ refrigerentur, non possint aquæ intensius calefieri, & putrefieri, & altera alterius intensionem remitteret, vt patet consideranti, & perpendiculari. Adde etiam, si acetum fieret per caliditatem alienam contingentē partibus aliquibus vini, quæ sunt acres in doctrina Galeni, debere partes vinofæs potius vtpote natura calidiores, & magis aptas ad calefactionem recipiendam, vltius calefieri, & purrefieri, quam partes aquæas, seu aqueū recrementum natura frigidum.

**5. Probatio.** Probatur 5. Acetū quo est magis acre, magis resistit putredini. hinc carnes mactatas acetō madefactas diu imputres seruamus; & quæcumq; acetō acriori admixto coquuntur, vt pisces, vel acetō alio modo conduntur, diutius imputra retinentur, ergo quo est acrius acetum, eo est frigidius; est enim frigiditas putredini contraria, vt docet experientia, & cōstat ex dictis à nobis tract. de febribus q. 6. sect. 2. art. 4. Contrarium autem deberet dici in Galeni doctrina, nempe acetum, quo est magis acre, eo esse calidius, & eo minus putredini obſistere contra experientiā, in Galeni enim doctrina acetum, quo est magis acre, eo plures habet partes aquæi recrementi putridas, & calidiores.

**6. Probatio.** Probatur 6. Argumento maximi roboris, quod uiam uere philosophandi de hac re aperit. experientia constat, quam ipse Galenus testatur 2. de alim. fac. c. 37. acidam partem ci-

tri immixtam in aceto leuissimo, & maxime debili, acetum acre magis reddere. Galeni verba sunt hæc. (parte autem fractus acida, & non vesca, qua semen continetur, cū ad alia quædam vruntur, cum sèpe, quo ipsum reddant acrius, in acetum imbecillum coniiciunt) si igitur acris aceti sapor inducitur ab aciditate citri, non ergo acredō aceti est effectus putredinis, & caliditatis præternaturam partium vini, sive aquarum, sive vinosarum; sed frigiditatis, quæ ab aciditate proficiscitur, & consequenter acetum non est vinum putre, sed refrigeratum potius, & idcirco putredini obſistit.

Confirmatur, quia omnia putria sunt graueolentia; tale autem non est acetum, quin aërem putridum suo odore proprio à putredine vindicat, & putrida febrientes odore acerum reficit, ut satis patet experientia. Sed contra.

Obijctes primo. Galeni fundamētum, ut clare liquet loc. cit. init. huius quæſtionis, potissimum q. de ſimpl. 3. Acetum præter aciditatem habet acrimoniam, seu acrem ſaporem, ergo non est tantum frigidum acetum, sed etiam calidum. caliditate aſtititia, quæ à putredine recipit ſecundū aliquas partes, easq; minores; ſecundum plurimas enim frigidum est acetum, & acidum.

Respondetur 1. concedendo antecedens, acrem ſcilicet ſaporem inesse aceto; verum negando conſequentiā. acetū ſcilicet habere partes calidas præternaturā, & putres; ſapor enim actis fit per vetustatem in vīnis ex perfectione naturæ vt dictum eſt probat. 2. & conſequenter ex eo non poteſt argui caliditas aliena, & putris; potissimum cum ad acetum faciendū cauſæ frigidæ, non calidæ concurrat, vt probatū eſt.

Respondetur 2. & verius, aceti acrem ſaporem non eſſe vere ac proprie ſaporem acrem, iuxta Galeni acceptionem, fed improprie. proprie n. ſapor aceti debet dici ſapor mordax. Atq; hæc doctrina, quæ eſt valde attrédēda. Probatur 1. ex ipsamet definitiōne ſaporis acriſ ex Galeno allata ſupra q. 9. art. 1. not. 1. in fin. Eſt enim ſapor acriſ, qui ſtatiſ ac gustatur

Cur ſuccus  
citri acidus  
reddat acetū  
acrius.

Cōfirmatio.

1. Obijctio.

2. Responſo

Acre ſaporē  
aceti no eſſe  
proprie acriē  
ſed morda-  
cem.

1. Probatio.

gustatur calefacit; sed acetum statim ac gustatur refrigerat,  
ergo acetum sapor, qui à Galeno acriis dicitur, non est vere  
acris iuxta Galenicam acceptiōnem, sed mordax, est enim  
mordacitas à frigore. Probatur 2. quia nulla datur causa  
calefaciens, à qua possit dici produci aceti proprie acriis, ac  
calidus valde, putrisq; sapor in Galeni opinione, vt fusè pro-  
batum est, sed tantum datur causa refrigerās, qua refrigeratione,  
qua sunt nobis molesta, mordacia dicuntur à Galeno

3. Probatio. 4. de simpl. med. fac. c. 2. Probatur 3. Acetum quo minus est  
acidum, eo minus est acre, & contra quo fit acrius, eo fit a-  
cidius, vt manifesta docet experientia; ergo signum euidens  
est, aceti acredinem non esse caliditatis effectum, sed frigiditatis,  
à qua sicut acetum fit acidius, ita etiam fit magis acre,  
improprie loquendo, proprie vero magis mordax. Quarto,

4. Probatio. experientia patet quædam apud nos ex citrangulis, seu li-  
monibus vulgo dictis, potissimum quæ poma Adami vulgo  
nominant; cum ad maturitatem ipsis debitam venerint, &  
fuerint succiplena, succum habere acidum, ac mordacē gu-  
stui, nō secus ac acetum acerrimum, in quo succo certe nec  
asseueratur, nec asseuerari potest pars alia calidior & putris,  
& idcirco acriis; alia frigidior, & acida, in maturatione enim  
natura non vtitur calore vlo præternaturali, vt satis cōstat,  
ergo pariter in aceto non debet asseuerari hæc diuersitas  
partium, & eius acriis sapor non re vera à calore, sed à frigi-  
ditate prouenit, & potius mordax dicendus erit. Probatur 5.

5. Probatio. Ex Hippocrate putante aciditatē,  
& acredine aceti else-  
vnum quid.  
quia magnus Hippocrates, primus omniū, & maximus pre-  
ceptor Galeni, & Aristotelis, & Platonis, lib. de rat. vii. in  
acut. par. 3. acredinem, & aciditatem aceti vnum quid esse  
existimat, & aciditatem aceti per acredinem significat. quo-  
circa vanū est, diuersas in aceto partes, alias frigidas, & aci-  
das, alias calidas, & acres astruere. Citato igitur loco Hyp-  
pocrates cum loqui vellet de oximelite, quod fit vt Galenus  
habet ibidem in tex. 24. his verbis (non enim ex aceti mel-  
lisq; tantum mixtione est oximelitis compositio; verum ex  
mulfa

## Questio duodecima:

95

multa paulum aceti accipiente, sed melius est ut concoqua-  
tur.) tex. 26. bis oximeli valde acidum, vocat valde acre, & Oximeli  
quomodo  
hac ex Gal.  
eius usum damnat, quod nec pulmonem leniat, nec sputum  
educat & (ut docet ibidem, & sequentibus textibus 27. 28.  
29. Et tex. 30. oximeli, quod parum est acidum, vocat parum  
acre, sic enim inquit (quod autem parum est acre, os faucesq;  
humectat, sputum educit, & siccum sedat; qua occasione hypo-  
chondrio, visceribusq; est benevolū, mellisq; inhibet noxas.  
Nempe quod in melle biliosum, est, temperat, castigatque)  
quibus plura addit sequentibus textibus usq; ad 38. in quo  
textu hæc alia leguntur expressa Hippocratis verba (ut au-  
tem in summa dicatur, quæ ab aceto est acreo picrocholis  
magis, quam melancholicis prodest, amara siquidem dissol-  
uuntur, desciscuntque in pituitam, cum ab aceto in sublime  
attolluntur, nigra autem fermentantur, attolluntur, & multi-  
plicantur. nempe atra educit acetum.) Ex quibus clare pa-  
tet Hippocratem aceti acredinem putasse esse frigidam, &  
vel ab aciditate frigida prouenientem, vel ipsam esse acidi-  
tatem, & idcirco conferre amara bili abundantibus, & ama-  
ram bilim obtundere; contra vero nocere melancholicis, &  
melancholiā, quæ natura acida est, augere sua frigiditate,  
& acriditate, ut Galenus ipse docet in hunc locum. Vnde ex  
Hippocratis doctrina sic licet Sexto probare aceti acredi-  
nem esse frigidam, seu frigiditatis effectum, non caliditatis,  
& consequenter vere esse aceti mordacitatem. Aceti acre-  
do refrigerat, & idcirco melancholiā auget, minuit bilem  
amarā; ergo est frigiditatis opus, quod mordacitas dicitur  
à Galeno 4. de simpl. med. facult. c. 2. Atq; ex his clarissimis  
Hippocratis locis, & verissimis rationibus patet posse, ac de-  
bere Hippocratis doctrinam amplecti missa semel, aut bis  
Galenica, & Aristotelica. Tum maxime cū nulla ab eisdem  
afferantur alicuius momenti argumenta.

Obijces 2. Argumenta antiquorum putantium acetum. 2. Obiectio:  
esse calidum, quæ assert Galenus 1. de simpl. med. fac. c. 2 o.

Acetum

Acetum secat, & erodit non tantum animantium corpora, sed & grumos, callos, lapides, fistile, aes, ferrum, plumbū, &c. per subtilissima vestimenta citius, & prōptius aqua perfluit. & tandem cuncta peruadit, ac penetrat, ita ut nihil possit eius vehementi penetrationi resistere, & reluctari, ergo subtile est acetū non secus ac ignis, & consequenter est calidissimū.

## Responso.

Respondetur negando consequentiam; hæc enim omnia proueniunt ab aceto, non quod sit calidum, sed quod sit tenuē, quam ob causam facile permeat, & mordax est, vt ſepe repetit Gal. præcipue 1. de simpl. med. fac. c. 13. Item quod sit frigidum, acidum, eſiccatorium, vt idē docet loc. cit. c. 24. in fin. quibus omnibus medijs facultatibus continui fit diuulſio & deſtructio, vt idē Gal. fusè docet 4. de simpl. med. fac. c. 2. & nos fusè explicabimus noſtra tractatione de doloribus q. 5. Atq; hac ratione ab aceto fit diſſectio grumorum, callorum, lapidum, aeris, ferri, &c. hæc enim corpora sua tenuitate permeant, & tum ratione tenuitatis, tum frigiditatis, tū vi acoris, & eſiccationis, partes partim cōtrahēdo diſtrumpens, partim eſiccando comminuens, tandem erodit, & diſſecat. Ex eo etiam quod tenuē sit acetum, nō bene inferri illud esse calidum, ipſe Galenus docet loc. cit. 1. de simpl. 23. exemplo ambientis nos aeris tenuiſſimi, & frigi- diſſimi boreali tempore.

## 3. Obiectio.

Obijc. 3. Spongia, vel lana aceto madens, superimposita parti alicui primo frigiditatis ſēsum, postea vero caloris cuiusdam præbet phantasiam, idq; celerius contingit ab aceto inueterato, & magis acri, seu mordaci, vt fusè Galenus testatur 1. de simpl. med. fac. c. 19. ergo ex compositis conſtat facultatibus, & partibus, frigidis, & calidis acetū: alioquin non posset reddi ratio calefactionis partis ab aceto.

## Responſo.

Respondetur 1. Ex hoc argumento clare colligi calorem, qui tribuitur aceto, non esse putridum, & alienum, cum obſcura sit, quæ ab aceto contingit calefactio. Secundo, Nullatenus ab aceto per ſe, & poſitiue poſſe oriſi caliditatem, facile

facile demonstratur ; Cum enim vt allata docet experiētia, primum ab aceto proueniat frigiditas, eo quod frigiditas in aceto præpolleat iuxta Galeni doctrinam. nulla ratione fieri potest, vt deinde præpolleat in aceto caliditas, quæ partem calefaciat, vt patet consideranti . Calefacit igitur aceto madens siue lana, siue spongia partē corporis, quod asperum, molestumque habeat transitum, atq; ita dolorem cieat acetum, quo fit vt calida alliciatur in partem fluxio, quæ responsio est ciudē Gal. 1.de simpl.med.fac.c. 24. & probatur apertissime: tū quia vt loc.mox cit.fusè habetur; Idcircò tenuis quidā conspicitur rubor in partibus ab aceto irritatis . tū quia vt idē docet Gal.cit.c. 19.his verbis.(in laxis, ac doloris expertibus tumoribus neq; p̄tinus, neq; postea caloris sensum aceti v̄sus cōmouet; Itaq; neq; primario neq; proprio temperamento excalfacere possit, sed acrimoniam morsu irritare.) Cū igitur in solis partibus sentientibus, & ad dolendū aptis acetū ruborem , & calorem præbeat, clare sequitur doloris causa, ab aceti seu mordicatione, seu acrimonia prouenientis, in partem influere tenuem sanguinem, à quo caliditas parti tribuitur .

Obijcies 4. In Acetum transeunt vina æstiuo tempore ; <sup>4 Obiectio;</sup> & de industria ad Solem posita vina, experimur fieri acetum acerrima . Item experientia compertum est vino superinfusam aquam fruentem, vinum facilius in acidū permutasse . Amplius celerrimē acescunt vina infirma, si vehemēter moveantur, vel longius nauigijs aduchantur . ergo signum est. acetum esse calidum, & à caliditate produci, vt enim patet , omnes prædictæ causæ calidissimæ sunt .

Respođetur his fere omnibus experientijs, quas Galenus proponit 4.de simpl.med.fac.c.13.pro ut idem docet sequenti c. 14. h̄e enim omnes causæ non calefaciunt, sed refrigerant per accidens vina debilia, & frigidiora, non autem fortia, & vetera; quod etiam exemplis explicat . Sicut enim exigua flamma ad Solem posita, marcescit, & dissoluitur , sicut

N etiam

Quomodo  
acetū videat  
tur calefa-  
cere.

etiam à valido vento dissipatur; ita etiam inualidi vini vis à caliditate potissimum æstiua, vel à valido motu dissoluitur, & consequenter refrigeratur vinum, & acescit propter frigiditatem. Et neq; nouam esse huiusmodi doctrinam, clare patet ex Hyppocrate, qui ob contrariam rationem docet i. aphor. 14. vētres hyeme esse natura calidores, quia scilicet non dissoluitur, sed retinetur ob frigus natius calor; Ob quā causam putandum est, non tam facile hyeme acescere vina. quod non dissoluatur tunc temporis vinorum spirituosa substantia; Si autem inceperit dissolui æstate vini spiritus, & in acorem verti vinum, adueniente hyeme, acerriūm acetum euadit, id quod non semel experti sumus. Et ratio est, quia quæ à calore prouenit dissolutio, non magnam efficit refrigerationem, sed remissam, qua maiorem, & intensiorem infert frigus hyemale dissoluto vino, & idcirco hyeme perficiatur acetum. Hac etiam de causa, semper opinatus sum valenter acescere vina sub sole, non solum ratione dissipantis Solis vini spiritum, vt dictum est, sed etiam ratione refrigerationis positiuę, quam recipit idem vinum dissolutum à Sole, dum refrigeratur sub dio noctis tempore.

**Cur, & quomodo sub sole vina valenter acescant.**

Cur vina longa nauigatione traducta sint bona;

Atq; ex hac doctrina verissima colligitur primo; Rationē; cur longa nauigatione, vel motu traducta vina, sint bona; nō esse eam, quam fere omnes afferunt, quia nauigatio vinum perficit; Motus enim quilibet, vt accedit etiā in nostris corporibus, si is magnus sit, fatigat, & offendit, & vt dictum est vina debilia longo nauigio acescunt. Sed quia quæ longa nauigatione transportantur vina, & bona sunt, necessario sunt suapte natura robusta; & valida, cum non infirma redendantur motu valido, & diurno.

**Qualis debet esse cella vinaria pro seruandis vinis.**

Colligitur 2. Ratio, & modus seruandi uina, & cellæ vinariæ eligendæ. Vt sit, & præparetur eiusmodi, vt & ab alieno, & extrinseco tum calore, tum frigore arceat. quod Galenus disertis verbis docet 4. de simpl. med. fac. c. 14. in med. inquiens (quippe cum ita comparatum sit, vt res quælibet in-

in propria seruetur natura calore proprio, corrumpatur autem ab immoderatione extrinseca, nempe caloris alieni, aut frigoris abundatia) vnde clare sequitur hyeme debere esse calidam cellam vinariam ad arcendum hyemalem rigorē, qui aduersatur tum concoctioni, tum conseruationi vinorum, ut diximus. Et supra q. 9. art. 2. conclus. 2. probat. 4. æstate vero frigidam, ad arcendam caliditatem immoderatā, non minus immodica frigiditate noxiā, quæ duæ qualitates pariter, diuersimode tamen vina in acetum permutant, ut dictum est. Quocirca bene Galeai pater, ut dictum est, & ignibus, & Solis calore, & st̄ebē tum cellam vinariam, tū vasa vinaria calefaciebat hyemis tempore. Et quidam hoc tempore cellam vinariam hyeme penitus occlusam retinēt, ut nulli sit vento via peruvia; atq; ita proprius vini calor multiplicatus in cella vinaria, nec transpirans, cellam calefaciat. Contra vero verno adueniente tempore, & æstiuo, faciendum est, aperiendæ nempe sunt fenestræ ad frigidam auram recipiēdam venti frigidi, & borealis, non autem calidi, & humidi, rufili, & pluviōsi, quibus spirantibus auris calidis, humidis, optimum consilium est, fenestras cellarum claudere, ut experientia constat in nobis ipsis. Quod si contra contingat in pluribus locis, vbi in ædibus ad septentrionem expositis dolia reponunt, ut idcirco diuersa ab his, quæ conclusimus, videantur scripta à quibusdam, qui de hac re, vel de agricultura scripsere. horum certe consilium dicendum est, vel falax esse, vel veritatem continere, non ratione loci, sed vini, quod cum potens sit, frigidæ cellæ hyeme rigorem tolerat, quem non ferret, si esset debile. sicut etiam diximus, & monuimus, non ratione longi nauigij, & motus, sed ratione propriæ naturæ, & potentis facultatis, longo itinere transportata vina, bona esse, & robusta, qualia si non essent, non ferrent longum motum.

Obijcies 5. Si vinum frigiditatis opera acesceret, cum valde niente refrigeratur, acesceret, contra experientiā, qua con-

Cella vina-  
ria hyeme  
debet esse  
calida, & tace  
frigida.

Cur quidam  
hyeme celas  
vinarias oc-  
clusas teneat

Cur in frigi-  
dis cellis in  
hyeme etiā  
possint ser-  
vare vina.

s. Obiectio:

N 2 stat,

**Stat, vina, quæ bibuntur ex niue frigida, suam seruare naturā non igitur ad acetum producendū facit frigiditas, sed contra caliditas; & consequenter calidum est acetum saltem secundum partes aliquas; Confirmatur quia experientia compertum est, superinfusa aqua calida, & feruente, vina facilius acescere; facit igitur ad generationem aceti caliditas, & calidum est acetum.**

**Responsio.** Respondetur ex dictis ad præcedentem obiectionem, constare duplē frigiditatē requiri in vino, ad hoc ut acescat; alteram, quæ fit per euaporationem spirituum vini, quam in dolijs nō plenis, sed vacuis; & in quibus sunt rara tegumenta; & vi aestui caloris recipit; quam liceat vocare frigiditatem virtualem: & per eam solam vinum redditur, quod exolutum dicitur. aliam cum positivè refrigeratur quod remanet aquosum vini recrementum dissolutis spiritibus, quā licet nominare frigiditatem actualem. Et utramq; frigiditatem requiri, ad hoc ut vinū acescat; & quo magis intenditur utraq; frigiditas, tum per maiorem dissolutionem spirituum vini, tum per maiorem refrigerationem aquostatis vini, eo magis vinum acescere. Cum igitur in vino refrigerato ex niue, nō adsit spirituum vini euaporatio, & dissolutio, sed solū actualis ex niue refrigeratio, nō potest ex niuis refrigeratione fieri statim vinum acescens, quod certe fieret vinum non statim epotum, sed repetitis uicibus, & diebus niue frigescutum, atque ita uini etiam spiritu dissoluto. Vnde patet quid dicendum ad obiectionem. Ad confirmationem dicendum, concessa experientia, negandam esse consequentiam;

**Quodnā sit vinum exolutum.** Non licet nominare frigiditatem ad generationē acetū requiri, ut acescat. Duplex frigiditas ad generationē acetū requiri.

**Confirmatio- nis dilutio-** nis. dicendum ad obiectionem. Ad confirmationem dicendum, concessa experientia, negandam esse consequentiam;

**Cur vinum facilius acescat aqua calida, quam frigida admixta.** Non enim quia caliditas requiratur ad aceti generationem, aqua calida facilius permuat uinum in acorem, quam frigida admixta; sed quia aqua calida calore adiuuat tū euaporationē spirituum uini, tum refrigerationem aquei recrementi, cum ad pristinum sibi connaturale frigus reuocatur aqua; at hoc secundum solum præstat aqua frigida admixta, quæ etiam non semper acorem inducit, nec facile, ut cum admiscetur uinis

vinis potentibus, uel musto nuper expresso ex uvis ualidis,  
ut supra innuimus.

Obijcies 6. Acetum mouet valde sensum odoratus, vt do- 6. Obiectio:  
cet experientia; sed odorata omnia sunt calida, ergo acetum  
est calidum. Respondetur huius argumenti solutionem pe- Responso:  
tendam ex dictis q. 10. conclus. 2. vbi statuimus ad odorem  
emittendum, requiri remissum calorem actualem, quem con-  
cedimus aceto; & mordicationem, & acrimoniam odoribus  
per accidens conuenire, ratione facultatis siue frigidæ, siue  
calidæ, siue alterius rationis, quæ inest in vaporosa, & odo-  
rabilis substâlia, atq; idcirco acetum videri ferientem quali-  
tatem præbere odoratui, quia vim habet validâ refrigerâdi,  
esiccandi, & permeâdi cum sensu aspero olfactus sensorium,  
non quod eius vis sit calida satis, eiusq; vapor intense cali-  
dus, vt loco cit. explicuimus præcipue in respôl. ad 3. obiect.

Ex dictis patent aceti vires, & facultates; est enim primo,  
vt satis demonstratum est, valide refrigerâs acetum, ex quo  
sequitur, vt & astringendi vi polleat, & reprimedi, seu repel-  
lendi, vt docet sepissime Galenus, potissimum 1. de compos.  
med. secun. loc. c. 8. & lib. 2. c. 1. satis ante fin. & 14. meth. c. 7.  
Secundo est acetum valide attenuâs ratione suæ tenuitatis,  
vnde sit vt etiam incidat humores crassos, ac lento, vt patet  
loc. cit. & de attenuante vi. rat. c. 3. & 11. Item vt facile pe-  
netret, & ad penetrandum adiuuet ea, quibus miscetur 1. de  
simpl. med. fac. c. 29. amplius acetû esiccatur, vt habetur 5. de  
simpl. med. fac. c. 2. post princ. vbi inquit Galenus (acetum  
& marina aqua desificant, pene omnibus non medicis dum-  
taxat, sed etiam idiotis confessum est) & 8. de simpl. med. fac.  
secund. de acero, quæ inscribitur, oxos acetum, tertij ordinis de-  
sificantum acetum validum facit, cuius rei ratio, & causa  
vera est, acidi saporis natura vim habens refrigerâdi, & esic-  
candi, licet sit in subiecto actu humido, quale est acetum;  
addi etiam potest alia ratio esiccationis ab aceto; quia inci-  
dit, & attenuat, quæ autem attenuantur, gracilescunt, & esic-  
cantur.

De facultatibus aceti.

cantur. Vnde fit etiam vt acetum vi polleat discutiendi, & digerendi, vt habetur fusè 1. de compos. pharmac. secun. loc. c. 8. circa princ. & 14. meth. med. c. 7. quibus in locis notanter docetur acetum contrarias habere facultates reprimenti propter frigiditatem, & digerendi, ac discutiendi, quod rene sit; & quod etiam sit calidum in Galeni opinione, à qua iure recedimus, vt constat ex dictis; tandem acetum corrudit tum animantiū corpora, tū metalla, vt diximus ex Gal. 1. de simpl. med. fac. c. 20. & rationem supra etiam attulimus in responsione ad 2. quia tenuitate permeat, esiccat, & comminuit, & frigiditate distrahit, & disrumpit particulas, quo fit ut etiam mordax sit acetum, & dolorificum, quā ob causam, vt

**De aceticu.**

Ad aceti vsum veniamus. Ex Archigene etiam docet Galenus aceto solo numquam vtendum, sed admixta vel aqua, vel rosaceo, &c. & 2. de cōpos. med. loc. c. 1. ante fin. propter facultatis vehementiam, & mordacitatem. Immo neq; etiam admixtum in plurium partium affectu utiliter applicatur, & prohibetur aceti cum melle mixti, seu oximeliris potus in affectibus neruorū Galeno docente 3. de rat. vict. in tex. 39. & 2. de fract. in tex. 29. quia sunt nerui frigi, & facile refri gerantur à tali potu, & leduntur; quam ob causam Hyppoc. loc. cit. de rat. vict. ibidemq; Galenus vt erum dolore affici à tali potu testantur, quia neruosus est uterus, vt Galenus ibidem probat. hac etiam de causa acetum cum rosaceo, non applicatur oculis inflammatis, conuenit autē auribus inflammatis, vt Galenus docet lib. de sectis ad eos, qui introducūtur c. 8. Legendus idem Gal. tum alibi, tum præcipue 2. de compos. med. local. c. 1. sect. cui titulus est. Ad dolorē capitis ex plaga, aut casu Apollonij. vbi fuse docet vtendum esse esse aceto mixto cum rosaceo in phreniticis, & alijs inflammationibus, sed in principio, & cum non admodum indoluerint, ob prædictam causam. Et 14. meth. med. c. 4. & 5. vbi & modus attemperandi aceti cum aqua traditur, & vſus docetur eius tum cum aqua mixti, tum cū ammoniaco, siue cum alio

In affectiō-  
bus partiu-  
meruofarum.  
ānūci est a-  
eci vīus.

Quibus in  
flammationi-  
bus, quādo,  
& quomodo  
cōueniat a-  
cetum.

alio emolliente, & digerente simul medicamento ad lienis ; aliarumq; partium scirrhos, & cedemata curanda, & alia habentur omnino attendenda.

Q V A E S T I O D E C I M A T E R T I A.

*Quibus complexionibus in sanitatis latitudine existentibus conueniat vini potus.*

*Et quale vinum conueniat.*

**E**xplícatis vinorum differentijs, & viribus, ratio postulat, vt de vinorum vsu agamus, primo quidem in corporibus sanis, tum in corporibus ægris, sit igitur.

**C**onclusio. Vini potus utilissimus est frigidis, & siccis temperaturis. Item temperaturis prodest moderate calidis . nocet autem calidissimis . Est ex professo Galeni 5. de sanit. tuer. c.vlt. Probatur Conclus. i. Quia ea sequitur ex dictis à nobis supra tract.de aquæ potu q. 6. art. i. Cum enim, vt ibi conclusimus , naturæ solum calidissimæ conueniat aquæ potus, non vini ; clare sequitur ceteris naturis tum frigidis, & siccis , tum temperatis competere vini potum .

Probatur 2. quia cum vini cuiuslibet natura, sit calefactio-  
re, habito respectu ad aquam, cuius semper est refrigerare .  
si exhibeatur naturæ calidissimæ, hæc facile modū excedet,  
& in morbos calidos incident. Item cum similia similibus co-  
seruentur in statu naturali ; necessario moderatæ temperiei  
quo ad calorem, & frigiditatem, humiditatem, & siccitatem,  
vinum debetur mediocritatem conseruans caloris. Amplius  
cum contraria contrarijs currentur, & corpora frigida sint  
lapsa quo ad frigiditatem, calidissima vero corpora sint lapsa  
quo ad caliditatem, illis debebitur contraria causa cale-  
faciens , scilicet vinum ; his contraria refrigerans , scilicet  
potus aquæ . Vnde

Colli-

**i. Corollar.** Colligitur 1. quo frigidiora sunt corpora , eo calidiora vina esse potanda,minus vero calida vina , & magis diluta , Quibus, & prout corpora sunt minus frigida , magisq; calida,modo tamen nō sint calidissima,vt dictum est, id quod Galenus loc. quo anni tempore cōpetant vina calida , vel frigida . cit. 5.de sanit.tuen.c.ult.fusè docet . Atq; hoc idem dicendum,in spectis anni temporibus,autumno meraciora, hyeme meracissimum debere bibi, uere dilutius, & state dilutissimū, ut expressè docet Hyppocr. de salubri dicta tex.2.3.4. .

**ii. Corollar.** Colligitur 2.Verum esse, quod superiori tract. q.6. art. i. in fin. docuimus,non omnes pueros.sed eos solum, qui calidissimi sunt, à uini potu debere abstinere . quod confirmatur expressa auctoritate Magni Hippocratis de salubri dicta tex.23.dum inquit (pueri infantes diu sunt calida rigādi, ijsq; uinum dilutum exhibendum,quod prorsus tamen frigidum non sit,idq; offerendum , quod minimè uentrem attollit , & flatum creat.)

**iii. Corollar.** Colligitur 3. senibus,utpote ad frigiditatem tendētibus, calidius uinum conuenire,quod fusissime docet,& prosequitur Gal.5.de san.tuen. c.5.ubi talia uina exēplificat in Graecia esse ariusium,lesbium,misium;In Italia falernum, & Surrentinum,quod nostro tempore euanuit,ut dictum est supra q.9.art.1. uel si hæc non habeantur uina , quæ ad hæc proxime accedant,modo sint alba,tenuia,calida,seu fortia ; senibus enim omnino prohibet crassa , dulcia, & nigra uina, propterea quod obstruunt uiscera .

**iv. Corollar.** Colligitur 4.Corporibus nimium humidis,utpote obesis, & pinguisbus præter modum,conuenire uinum aquosum, album,tenue . quod expresse etiam docet Gal.14.meth. med. c.15.in fin.ubi etiam addit uinum, cui sit marina aqua mixta,obesitate oneratis cōuenire.Ratio autem est,quæ ex hoc que vina conueniant corporibus uimium humidis , & loco colligitur,quia tenue uinum parui est nutrimenti, cuius pinguibus. defectu deficit pinguedinis generatio,ut patet experientia, & ex eodem Gal.11.de simpl.med.facult.sect. de pinguedine,& adipe. init. docente (quæcumq; bene nutriuntur,ea omnia,

omnia, aut pinguedinem, aut adipem obtinent.) Addi potest alia ratio. Quia tenuia vina humores attenuant, ut constat ex dictis supra q. 4. & consequenter materiam ineptam redundunt ad generationem pinguedinis, & adipis, quæ ut constat liquido, debet esse crassa, & vnguosa. Atq; hinc etiam.

Colligitur 5. Corporibus nimium extenuatis conuenire vina, quæ crassa sunt; quia hæc nimium nutriunt, & reficiunt, quo indigent extenuata corpora. quā doctrinam ex professo docet Gal. i 4. meth. med. c. 16. init. ita inquiens. (at vbi eos, qui extenuati sunt, reficere in animo est, ijs vinum exhibebimus crassum, cibum vero, qui succum efficiat crassum.) Atq; hæc doctrina adeo vera est in Gal. sententia, ut ipse senibus, quibus prohibet crassa vina, ut dictum est coroll. 3. crassa vina concedat, alba tamen tempore necessitatis nutrimenti; sic enim inquit 5. de san. tuen. c. 5. in med. (quæ vero ex pallidis, aut flavis vinis substantiæ vel crassæ, vel pinguis sunt, hæc & sanguinem augent, & corpus nutriunt, quo fit, ut utilia senibus interdum sint; utiq; quo tempore nec serosam humiditatē in venis habent, & ali liberalius desiderant) atq; hæc doctrina est diligenter notāda; sunt enim ex doctoribus, inter quos est Petronius lib. 5. de victu Romanorum, qui sine villa distinctione, vinum album, potens, tenue prohibent senibus; quibus concedunt vinū rubeū, & inhibent cibos crassos, & lentes, quæ pugnant ad inuicem, ut patet intelligenti.

Colligitur 6. Quid dicendum sit ad quæstionem illā, qua quæritur. An ab horarijs fructibus assumptis, aqua sit bibenda, vel vinum, qua in re discrepāt Doctores. Etenim Conciliator in problem. 8. sect. 22. A sicibus ingestis aquā bibēdā statuit, quam opinionem sectantur vulgares. alij vinū potandum censem. nonnulli, ut Petronius de Rom. victu lib. 3. c. 6. ab assumptis sicibus putat omnino non bibendum, sed cibi tantisper assumendum, à quo vel aqua, vel vinum sit bibendum, ut iliusq; tandem laudat aquæ modicum, si quis à sicibus ingestis, voluerit stolidim bibere. Amplius Auic. in 1. sen. 3.

5. Corollar.  
Quæ vina  
conueniunt  
corporibus  
nimium ex-  
tenuatis.

Quādo vina  
crassa alba  
competane  
senibus.

6. Corollar.  
An ab assu-  
ptis fructib-  
horarijs cō-  
uenient potus  
aqua , vel  
vini.

doctr. 2. c. 8. post persica, pepones, & similes fructus, non esse bibendum vinum asseuerat. alij, vt Petronius loc. cit. c. 7. vinū probant, & ita communis vīsus obtinuit. Item post pira scho-  
la Salernitana omnino decernit vinū bibendū his versibus.

*Addē potum piro, nux est medicina veneno.*

*Ferit pira nostra pirus, sine vino sunt pira virus.*

Hæc inquam difficultas ex dictis in conclusione, & corol-  
larijs, ita est dissoluenda. Si enim hi fructus assumantur à ca-  
lidissimis complexionibus, vel tempore aestiuo, & refrigerationis  
gratia, tunc post ipsos assumptos cōuenit aquæ potus  
refrigerans. his enim complexionibus per aestiuos potissimum  
calores, potus aquæ, non vini, cōuenit, vt dictum est. Si vero  
assumantur à complexionibus temperatis, vel frigidioribus,  
potus vini competit nunc mediocris, nunc magis, minus  
calidi, & magis, vel minus diluti, pro diuersitate complexionis  
magis minusue frigidæ, vel calidæ. Atq; hæc doctrina verissi-  
ma ex Galeno confirmatur, qui de succor. bonit. & vit. c. 13.  
init. ita loquitur (semper tamen ab ijs abstinentum, qui suc-  
ci mali sunt, nisi si quando tamē necesse sit aestatis tempore  
laborantibus totius corporis squalorem, caloremq; curare.  
quo plane tempore commode sumi prius poma possunt, &  
pruna, & mora, & cerasa, quin & cucumeris, tūc & peponis,  
& melopeonis paullulum assumi potest, deq; præcocijs, que  
vocant, aut persicis, tum ex melca, quam sic Romani vocant  
refrigerata, & aphrogalacte, lactarijsq; edulijs, eodemq; mo-  
do ficus frigidæ, & cucurbitæ accommodæ sic affectis) ex qui-  
bus sic argumentor, per Galenum & poma, & persica, & ce-  
rasa, & ficus, & cetera frigida conueniunt, ergo & post ipsa  
potus frigidæ ad refrigerandas squallidas naturas competet  
aestiuo tempore potius quam vinum, quod ipse Gal. paulò  
post innuit inquiens (præstat enim sicuti diximus, aridam  
corporis caliditatem frigida aqua curare vitatis subinde-  
cibis succo malo præditis.) Confirmatur amplius hæc doctri-  
na propria experientia; ipse enim s̄pē dum essem adolescēs,  
per

per calores æstivos post fructus eiusmodi ingestos, siue ieiuno ventre, siue ab alijs cibis, aquam immediate, & non mediocriter potaui summa cum oblatione, & utilitate, & assidentium admiratione. quia tunc vigebat calor eam requiriens. & in hac etiam ætate aliquando per æstiuos calores post peponis esum aquæ modicum haurio ductus necessitate quadam appetentis ventriculi, quam sane nunc bene intelligo esse squallidam quandam seu aridam caliditatem ventriculi eo tempore, cui adiumento sunt fructus frigidi, & aquæ frigida, que noewa sunt frigidioribus, & tēperatiōribus. quo circa non simpliciter post assumptos fructus quoscumque ex prædictis est aqua concedenda, vel neganda, & vinum exhibendum, vel prohibendum, sed habita ratione temperamēti ventriculi, & totius anni temporis, sitis intensæ, &c.

**Obiectio 1.** Contra tum conclus. tum corollaria Platonis authoritatem, quam expressis à Plat. verbis 2. legum, Galenus refert. lib. quod animi mores corp. teinp. seq. c. 10. (sed multo magis quam Cretensium, Lacedemoniorumq; usum, Carthaginensium legem probarem, ut numquam in castris gustare uinum quisquam audeat: sed toto illo tempore aqua bibatur; & in ciuitate numquam uini usum seruo, aut seruæ concederem; sed nec magistratibus eo anno, quo magistratu funguntur; gubernatores etiam ac iudices munus suum obituros, à uino penitus prohiberem; deliberaturos quoque de rebus non omnino negligendis. ac nulli penitus interdiu uinum cōcederem, nisi exercitationis corporeæ, morborūq; causa, hoc potu opus fuerit; neq; etiā nocte uiro, aut mulieri, quando liberis operam dare uolunt) ex quibus omnibus patet neque complexionum, neq; ætatum, neq; anni temporū habendam esse rationem in Platonis sententia.

**Respondeatur** Platonem hoc loco non obstatæ traditæ do- **Responsio.**  
Ærinæ, neq; enim de tuenda ualetudine hic agit Plato, sed de mente, ac animo componendo per uini abstinentiam, maxima cum seueritate, ut satis constat ex allatis verbis. iubet

O 2 enim

enim abstinentiam à uino, ut semper sint mentis compotes, quod concedendum quidem est præcipue Carthaginésibus, quorum sententiam Plato amplectitur; est enim ea regio admodum calida sicca, in qua ut constat ex dictis, necessario uina gignuntur calidissima, quæ facile mentem ledant, & animos intemperat, nec sunt ex usu corporibus calidis siccis, Vt usus epij a- quæ in ea sunt regione, in qua per æstatem fere diebus fin-  
gud Africa- gulis opium assumunt ad gr. iiii. uel v. ut sanguinis ardorem  
nos statis tempore ad compescant, quem usum etiam Neapolitani à mancipijs eorum  
cōfiscendū ardorem. regionum astiū tempore seruatim uidi, quæ regula à tem-  
peratæ regionis, uel frigidæ incolis est omnino uitanda, ob-  
rationes traditas tum in cōclus. tum in coroll. ubi nostra in-  
tentio est sanitatem tueri, mentemq; non ledere; ubi n. ca-  
pititis imminet affectus, & capititis adeſt debilitas, à uino est  
abstinendum, ut dictum est q. 10. & dicetur infra.

**Instancia.**

Instabis saltem ex eodem Plat. in Timœo, de alimento, pueri prohibentur à uini potu usq; ad annum 18. ubi uidetur inspicere nutritionem puerorum, non moderationem morū, aut animi temperantiam, contra Hippocratem cit. 2. coroll.

**Dilutio in-stantia.**

Respondeatur hoc eodem etiam loco inspicere Platonem, ne puerorum animi ledantur, ut patet legēti; prohibet enim

**Plato** dene-  
gans vinum  
pueris, con-  
ciliatur cum  
Hippocrate  
concedente  
vinum pue-  
ris, sed dilu-  
tum.

uinum, ne furibundus ipsorum fiat animus, qua de re est ma-  
xime sollicitus ibi Plato; Verum esto Plato inspiciat puerū educationem, & nutritionem, Dicēdum est Platonem loqui de pueris in hac ætate calidiss. mis, cum Hippocrates loqua-  
tur de temperate calidis, ut diximus sup. tract. de aqua q. 6.  
art. 1. in fin. quod enim aliquis posset dicere, Platonem loqui de potu uini meracioris, quem prohibet pueris, Hippocratē uero loqui de potu uini diluti, quod concedit, & cōcederet etiam Plato; est uanissima conciliatio, & explicatio; inquit enim Plato, (primum lege cauebimus ne pueri usq; ad æta-  
tis annum duodeuigesimum prorsus uinum degustent) nullo igitur pacto uinum concedit, ne dilutum quidem, intellige calidissimis in excessu, quibus complexionibus nulla ratione uiuum

Vinum cōcedendū est, ut ex Gal. diximus, qui ita loquitur 5.  
de sanit. tuen. c. vlt. (si cui ergo vt in intemperie, quæ intra  
sanitatem consistat, calidissimum temperamentum sit, huic  
omniō vinum circumcidisse prodest.) sed contra

Instabis amplius ex dictis à nobis supra q. 11. conclus. 1.  
vina dilutissima magis refrigerant quam aqua, ergo hæc cō-  
ueniunt naturis calidissimis multo magis quam aqua; contra  
mox allatam auctoritatem Galeni, & nostram cōclusionem.

Respondeatur, concedendo totum. Neq; quidquam contra Dilectio.

Galenum, & contra nos ex hac instantia inferri, Cum enim  
cum Galeno, denegamus vinum complexioni calidissime, lo-  
quimur de vino, quod vini vires habeat, calefaciendi scilicet  
respectu aquæ, quam vim non habet vinum dilutissimum, sed  
dilutū, quod, vt Galenus docet dē rat. viet. com. 3. in tex. 40.  
cum sermo est de sanorū vino diluto, eiusmodi est, vt vinū,  
non aqua gustatu debeat euincere, & consequenter viribus;  
quapropter ne dilutum quidem cōpetit naturę calidissimę,  
quia calefaciendi vim habet respectu aquæ. dilutissimum  
autem secundum se non est denegandum ob rationem in-  
stantiæ verissimam.

Obijcies 2. ex Gal. 8. de compos. med. secund. loc. c. 4. an-  
te fin. habentur hæc verba (in potu prodest vinum, qđ vnuſ-  
quisq; libenter bībit) ergo vana sunt corollaria tradita, &  
conclusio, calidis naturis competere vina debilia; frigidis vi-  
na fortia, senibus vina alba, tenuia, vinosa; gracilibus viña-  
crassa, obçsis vina aquosa. &c. sed vina ea competunt, quæ  
libenter bibuntur, hæc enim prosunt.

Respondeatur hanc sententiam nō esse Galeni, sed Archi-  
genis, cuius curationem refert Galenus toto eo capite ad  
stomachi affectiones, & non posse esse vniuersaliter veram;  
experientia enim cuiq; constare potest quædam vina liben-  
ter bībi, & summa cum oblectatione gustari, quæ nocua sunt  
tum ventriculo, tum reliquo corpori, vt quædam nouella, &  
quæ linguam exasperant, cum sensu aliqualis dulcedinis; &

Altera in-  
stantia.

Dilectio.

In vino di-  
luto, vinum  
nō aqua gu-  
stato, & viri-  
bus euincit.  
An vina di-  
lutissima sine  
concedenda  
naturę cali-  
diffimę.

2. Obiectio,

Responso.

veri-

**D**e veritate Verificari primo de vinis suapte natura vtilibus,& in corporib⁹ propositio- sanis.hęc enim suapte natura ea appetūt,quę sibi sunt nis . Vinum prodest , qd vtilia . vnde liquido obseruare licet calidas naturas, sed sa- vnuſqui/que libenter bibere vina aquosa : senes sanos libenter bibe- re vina fortia : graciles libenter bibere vina crassa : contra carnosos,& obęsos appetere vina tenuia,quod in alijs, & in me ipso expertus sum , admiratus qui factum esset, quod ab anno fere vigesimo vsque ad trigesimū octauū, summopere gauderem vinis subdulcibus, crassis, potissimum si tale esset vinum,quod Neapoli vulgo vocant lachrymam montis Ve- suuij , cum tamen non fiat ex lachrymantibus , sed expressis vuis more ordinario:deinde vero vsq; ad hanc diem,qua annum ago quatragesimum secundum; hęc vina non amplius in vsu assiduo placeant,sed vsus delectet vini albi,tenuis,vi- nosi tamen. Cuius rei rationem,hęc scribens,veram nactus sum;quod ante annum 38.admodum gracilis extiteram, cui complexioni,vt dictū est,vina conueniunt crassa ad nutrien- dum apta ; postea vero factus sum carnosior,nec tanta indi- gens ciborum,& vinorum crassitie ad refectionem ; sed quę sufficiat ex vino tenui,vinoso tamen;quo eo magis fruor,qd nouerim ex huius tractationis studio,hęc vina esse vtilissima meę temperiei in hac ætate , sicut in senectute etiam sunt maxime vtilia . quod Plato etiam docuit à Galeno allatus loc.cit.quod ani.mo.corp.temp.seq.c. 10.dum inquit(ut ve- ro ad quatragesimum peruererint,tūc in conuiuijs oblecta- ti,cum Deos alias,tum etiam Bacchum insuocent in seniorū simul sacrificia,& iūdos, qui vinum cōtra senij austерitatē salutarem medicinā hominibus donauit,&c.) Verificatur 27 tradita in obiectione sententia in laboratibus ex affectu vé- triculi,quibus vel nausea,vel inappetentia,vel simili affectu correptis,vinum prodest,quod libenter bibitur,& magis ap- petitur,iuxta Hippocratis doctrinam verissimam,& omnino obseruandam 2.aphor.38.vbi ita deceinit ( parum deterior potus,& cibus,svauior tamcn,melioribus quidem,sed minus svau-

**P**latonis ser-  
cencia de vi-  
no bibendo  
in cōuiuijs,  
in anno qua-  
tragesimo .

**A**lter sensus  
propositio-  
nis ; **V**inum  
prodest , qd  
vnuſquiſque  
libeter bibit

Suuibus, est præferendus.) Cuius rei rationem assignat Galenus ibidem his verbis. (nam quæcumque voluptate afflumuntur; ista ventriculus amplexatur, & facile concoquit, sicut illa quæ displicet, refugit, ut ad quæ vel nauseæ, vel flatus, vel fluctuationes subsequantur, &c.)

Ex his clare colligitur cur quædam vina nobis ipsis quædoq; placeant, quandoq; displiceant; Et cur quibusdam hæc vina, alijs alia satisfaciant? Hæc enim varietas oritur ex varijs affectionibus, & complexionibus tum ventriculi, tum totius, quibus permutatis in nobis, tum per etates, tum per morbos, tum per anni tempora, tum propter alias extrinsecas causas, motum corporis, & animi, &c. & diuersis existentibus in varijs naturis, varius est vinorum gustus, oblectatio, & utilitas varia; & idcirco nunc dulcis, nunc acidus, nunc austerus, nunc debilis, & aquosus, nunc contra vinofus, & crassus experitur vini potus & à nobismet, & ab alijs.

Obijcies 3. Contra 4. Coroll. Corporibus humidis conuenit id, quod esiccatur; sed magis esiccans est vinum album, tenue, vinofus, & acre, & antiquum, ut constat ex dictis supra q. 9. quam uinū album aquosum; ergo magis conueniet corporibus humidis vinū hoc acre, & albū, tenue, quā aquosū.

Confirmatur ex Hyppocr. qui lib. de salubri diæta tex. 24. hanc statuit sententiam. (mulieribus ratio viætus esse siccior debet, commodiores enim sunt cibi siccii mollitiei carnis, ut item pocula meraciora referunt plus ad secundas, & fetus nutriendos) ex quibus clare patet in Hyppocratis sententia, corporibus humidis, & mollibus conuenire cibos siccios, & uinum acre, uinofus, quod est meraciusr, & magis esiccans.

Respondeatur corpora posse esse humida dupliciter, uel humilitate alimentali, qualis est, quæ ab adipe, & obesitate prouenit, & à sanguinis, carnisq; copia; Et hac ratione humidis corporibus conuenit potus uini aquosi, cui etiam sit admixta aqua marina, ob rationes omnino ueras, & cōcludentes, in corollario 4. allatas, ut patet intelligenti. Alia ratione dantur

Cur nunc  
hæc, nunc a-  
liavina a no-  
bis met, &  
alijs expe-  
tantur.

3 Obiectio.

Responsio.  
Quibus cor-  
poribus hu-  
midis cōpe-  
rat potus vi-  
ni aquosi, uel  
vini albi, te-  
nuis, uinofus,

& scris, a  
quosi cōtra-  
rij quo ad  
calefacienti,  
& nutriendi  
vīm.

Quibus mu-  
lieribus cō-  
petant vīna  
meraciora.

dantur corpora humida, non quidem humiditate alimētali,  
sed excrementitia, quales sunt ordinatio senes, qui siccām-  
cū habeant corporis substantiam, plurimo tamen abundant  
seroso excremente, ut patet ex 5. de sanit. tuer. c. 5. & pluri-  
ma abundant pituita, ut diximus tract. de temperamētis q. 7.  
art. 2. not. 1. eiusmodi etiā sunt hydropses, & similiter affe-  
cti. Atq; hæc corpora requirunt unum, quod sit uinosum &  
robustum, album tamen, & tenue, à quo excremetitia humili-  
ditas lōge magis per urinas excernitur, & euacuatur, quam  
ab aquoso, quo est longe magis nutriēs. Hinc patet respōsio  
ad confirmationem. loquitur enim Hypocrates loc. cit. de  
mulieribus humidis humiditate excrementitia, ob quam so-  
lent uteri acetabula mucore repleri, unde fētus deperditur,  
quod docet idem Hypocrates 5. aphor. 45. inquiens (qua-  
cūmq; mediocriter corpora habentes, abortiunt secūdo, aut  
tertio mēse sine occasione manifesta, ijs acetabula uteri ple-  
na mucoris sunt, & non possunt ex pondere fētum contine-  
re, sed disrūpuntur) his igitur mulieribus optime docet Hyp-  
pocrates loc. cit. de salub. diæta conuenire cibum siccum, &  
potum meracioris uini, quod referat plus ad secūdas, & fē-  
tus nutriendos, & consequenter retinendos, mucor enim, seu  
pituita inepta est ad fētus nutritionē, & refectionē in utero.

#### 4. Obiectio.

Obijcīes 4. contra 5. corollar. quia Gal. 7. meth. med. c. 6.  
omnino contrariam uidetur statuere doctrinā, siccatis nem-  
pē corporibus non esse exhibendos cibos crassæ substantiæ,  
licet maxime nutritant, qualis est caro suilla, & de uino lo-  
quens, talibus corporibus, quæ debent refici, omnino prohibe-  
bet uinosum, his uerbis (ab hoc cauendum est, quoniam im-  
becillas vires feriat, at quod aquosum natura est, ceterum-  
austerum, id pēr commodum est.)

Réponsio.  
Quando in  
corporibus  
siccis nō cō-  
veniant vīna  
crassa, sed  
aquosa.

Respondeatur Galenum hoc loco non esse sibi ipsi cōtra-  
rium, & doctrinæ traditæ in corollario enim quinto loquuti  
sumus de uino exhibendo corporibus siccis, siccitate inspe-  
cta, & gracilitate; hoc autē loço Galenus loquitur de cibo,

&amp;

& uino exhibendo corporibus siccatis unà cum uirium imbecillitate, & potissimum cum debili concoctrice uentriculi, à qua cibi crassi, & uina crassa, & fortia nequeunt cōcoqui, & digeri, vt diximus etiam supra q.5. obiect. 2.

Obijcies 5. Galenus de succ. bonit. & vit.c. 13. squallidis 5. Obiecto naturis dat vinum dilutum frigidissima aqua refrigeratum, non igitur siccis, extenuatisque corporibus exhibenda sunt vina crassa, vt voluimus in coroll. 5.

Respondeatur Galenum hoc loco non esse contrarium do- Responso  
ctrinæ traditæ in 5. corollario; non enim hic vere potū pre-  
bet idoneum contra siccitatem corporis, de quo in 5. corol-  
lario dictum est; sed contra caliditatem corporis siccii in-  
motu versantis æstiuo tempore, vt patet legēti totum caput  
ab initio. & in medio sic inquir (præstat enim sicuti diximus,  
aridā corporis caliditatem frigida aqua curare) quibus ostē-  
dit magis vrgere caliditatem quam siccitatem in hoc casu;  
& idcircò paulo post subdit (sit porro vinum dilutum quoq;  
ad hunc modum refrigeratum) aqua scilicet gelidissima, in Galeni dog-  
corporibus scilicet, quæ ipse explicat his verbis (atque hæc ma de vino  
ego ijs consul, qui vitam negotijs plenam degunt; cuiusmo- exhibendo  
di sunt, qui gētibus, ac ciuitatibus regendis præsunt, horūq;  
in primis ministri, nec sane minus, qui militiam exercent, aut  
iter longinquum ingrediuntur) quod consilium respicit tu- his qui in  
telam corporis potissimum, & idcirca aliquantulum variat  
à Platonico præcepto supra allato obiect. 1.

Galeni dog-  
ma de vino  
exhibendo  
his qui in  
negotijs vi-  
tan degunt.

### Q V A E S T I O . D E C I M A Q V A R T A .

*Quo tempore conueniat vini potus, et) in qua  
quantitate, seu mensura.*

**Q**uæ in hac quæstione dicentur, communia sunt tum sanis, tum ægrotis, vt constabit ex dicendis.

Prima Conclusio. Vinum non conuenit iejuno, seu vacuo ventriculo, sed vel ab assumptione cibo, vel una cum cibis

P vinum

**An vini potus cōueniat ieiuno vēre.** vīnum est bibendum. Hanc conclusionem ex professo doceet Galenus in 6. epidem. comm. 6. in tex. 5. post med. 2. aphor. in aphor. 2 1. & comm. de salubri dicta in tex. 12. Et

**1. Probatio.**

Probatur 1. Experientia Galeni de hac re, quam restatur loc. cit. in 6. epidem. his verbis (aliquādo autem ego quempiam dolore vexatum sine cibo vino vti iubens, vt opinione meam confirmarem, multis subito calidis vaporibus affectum locum potentibus, eum, vt fui veritus, magis cruciatum animaduerti.)

**2. Probatio.**

Probatur 2. ratione, quia vīnum cum calidū naturā sit, & maxime vaporosum, si ieiuno exhibeat, vaporum copiā magnam excitat, qui vel recta caput petunt, & capitis vel dolores, vel deliria inferunt, vel conuulsiones, & similia symptomata, vt Galenus docet loc. cit. 2. aphor. 2 1. vel ad alias partes debiles feruntur, quales sunt partes, vel quæ actū dileant, quæ idcirco à vaporum multitudine cruciatur magis, vt mox ex Galeno dictum est. vel quæ dolore possunt, & solent affici, vt articuli siue pedum, siue manuum. siue aliarū partium; Quamobrem Gal. 6. aphor. 2 8. expresse docet, podagræ multitudinis suo tempore, causam potissimum inter alias esse, quod ante cibum biberent vīna potentia, quod nō accidit vīno epoto post assumptos cibos, vel vīna cum cibis mixto, sicuti est cyceon ab Hyppocrate vocatum loc. cit. 6. epidem. Quia vīnum cibis dum commiscetur in ventriculo, vel cum cibis mixtis ad ventriculum mittitur, non ita facile calefit, nec tam valde, nec consequēter tantam vaporum copiam efficit, nec ita facile, ac tam subito ad partes peruenit, quæ proinde ab epoto vīno vīna cum cibis, & ab assumptis cibis, non leduntur, cum ad ipsas paulatim, tum cibi, tum caloris fiat moderata distributio.

**3. Corollar.**

Ex hac doctrina cōclusionis colligitur 1. Ratio. Cur mox à balneo, non cōueniat vīni potus, vt dictum est tract. super. q. 6. art. 2. corollar. 5. Quia balnea administrātur ieiuno existente ventriculo, sicutem ordinario, & in corporibus sanis, rēfusè

Susè Galenus docet 1. de sanit. tuen. c. 10. & consequenter vinum à balneo, si exhibeatur, damna infert predicta in mox allata probatione 2. quo sit ut cibus debeat balneum sequi, ut Gal. docet 1. de sanit. tuen. c. 10. sedata tamen turbatione à balneo, ut monuimus cit. loc. tractationis de aqua. Et hinc

Colligitur 2. à balneis posse vini potum concedi, vbi non est vēter omnino iejunus, & vacuus, quia aliquid cibi assumptum ante balneum fuerit, id quod aliquibus ex vsu esse docet idē Gal. cit. 1. de sanit. tuen. c. 10. & 6. de sanit. tuen. c. 7. quo loco horam ante balneum edendi, quantitatem, & qualitatem etiam cibi docet. Ratio huius corollarij est aperta ex dictis; quia uentre non omnino uacuo, uini potus medicus non infert damna, quæ infert iejuno corpore. Vnde intelligitur ratio, cur Galenus 5. de sanit. tuen. cap. 5. concedit sc̄nū, qui parum aliquid comedere ante balneum, potum uini albi, & quod parum aquæ tolerat, à balneo, quod polliciti sumus tract. de aqua q. 6. art. 2. corollar. 5. in fin. quia non iejuno uentre, uinum potissimum aquosum nō replet caput, nec symptomata cetera efficit.

Colligitur 3. quod dictū est de uini potu à balneo, dicendum de uini potu ab exercitio. Eum scilicet, qui aliquid cibi assumperit, ante quam corporis exercitium obierit, posse ab exercitio, ac debere, si potum appetat, bibere, & assumere potum uini diluti, & aquosi, potissimum si fuerit senex, aut debilis, aut frigidæ complexionis. probatur quia eadem est ratio balnei, & exercitationis corporeæ, ut constat ex Gal. de salubri dicta in rex. 12. sed à balneo, in corpore non iejuno conceditur uini potus, ergo & ab exercitio, post aliquale assumptum cibum. Cum tamen turbatio destiterit à balneo, & exercitio, idest uehemens anhelitus est cōpositus, ut loc. cit. annotauimus, & cum à balneo, & exercitio non adest intensa satis sitis, nec corpus est natura insita, uel ascititia calidissimum, cui remedio est aquæ potus, ut ibidem dictum est, uel uinum dilutissimum, & frigidissimum, ut dictum est sup. q. in dilutione secundæ instantiæ.

P 2 Col-

2. Corollar.  
Quando à  
balneis sit v-  
tilis potus  
vini.

3. Corollar.  
Quando ab  
exercitio sit  
utilis uini  
potus.

**4 Corollar.**  
Quibus nat-  
uris conve-  
nat potus  
vini diluti,  
& iquo si in-  
ter prandiu-  
& coenam.

Colligitur 4. inter unū, & alterum cibū, pūta inter pran-  
dium, & coenam, conuenire uini potum, ubi mediocris ad sitis, ut dictum est in corollar. præcedenti, in cōplexionibus  
his, quibus uini potus competit. quia hoc tempore non est  
omnino uacuus, & iejunus uenter. Confirmatur, quia ut di-  
ctum est tract. de aqua q. 6. coroll. 3. aquæ potus conceditur  
à cibo, ubi ingens est sitis, ergo & uini potus aquosí, ubi me-  
diocris est sitis, concedendus est, eoq; magis quod aquosí, &  
diluti uini præsertim frigidi potus tum aquæ uim habet re-  
frigerādi; tum uini commoditatem obtinet, nempe celerem  
cibi delationem, & distributionem. Atq; hanc doctrinā tum  
huius, tum præcedentis corollarij mirificè expressit paucis  
uerbis Hyppocrates lib. de salubri. dicta tex. 31. inquiens  
(quos sitis infestat, cibos hi, & labores minuant, ac uinum,  
dilutum bibāt, idq; quam frigidissimum) manifestè n. patet  
loqui de potu uini diluti, & frigidissimi, exhibēdo in siti post  
labores, & post cibos, & idcirco tum cibus, tum labor est mi-  
nuendus, ne sitis cœfcat post cibos, & post labores, seu exer-  
citaciones; constat enim unicuique, à copiosiore cibo, & ul-  
teriore exercitio, seu ut loquitur Hyppocrates, labore, sitim  
intendi, & augeri, seu intensiorē produci. Vnde constat nec  
etiam de uini potu universaliter uerificari scholæ Salerni-  
tanæ sententiam illo versu expressam.

*Vt minus agrotes, non inter fercula potes.*

Etenim ut dictum est, à cibo cum sitis infestat, est biben-  
dum uinū dilutum, uel aquosum, & frigidissimū. Recipienda  
igitur, & limitanda est opinio Regiminis Salernitani, cum  
sitis non adest, uel certe est superficialis, & cum abunde fuerit  
potus assumptus; & sepius repetitus in cibo, id quod con-  
cedunt Salernitani regiminis medici, dum inquiunt.

*Inter prandendum, fit sœpe, parumque bibendum.*

An sœpe, &  
parū sit vi-  
ni bibendū  
in prandio,  
& coena,

Quam sententiam non esse ueram in aquæ potu, dum cibum  
assumimus, probatum est superiori tract. de aqua q. 6. art. 2.  
corollar. 4. nec etiam esse uniuersaliter ueram de potu uini,  
patet

patet ex dictis q.super.Cum enim complexiones sint uariæ, & aliquæ frigidissimæ, non potest his competere parvus, & frequens vini potus, sicut competit calidioribus, & temperatioribus hominibus, vt satis constat; Adde etiam nō semper eadem cibaria assumi, sed quandoq; sicciora, & calidiora, quæ frequentiorem potum requirunt; alia humidiora, & temperatoria, quæ non ita frequentem potum desiderant. Valet igitur tradita sententia vel in calidioribus naturis, vel in calidiorum, & sicciorum eduliorum esu. Vel certe illam protulit sententiam Anglorum Regi scribens schola tota Salerni, vt desuetudinem immoderate bibendi compescerent Angli, quibus etiam rationabiliter subdit aliud dogma,

*Vt minus agrestes, non inter fercula potes.*

Cum enim sufficienter, & ad satietatem bibant Britanni in prandio, & coena, non debent inter hæc tempora potum assumere, quod quidem bene illis præcipit Schola Salerni, vt patet ex mox dictis, sed quantum intelligo, male obseruant tum Angli, tum his similes nationes plurimæ, quæ si non sat videantur ledi, beneficium hoc acceptum ferre debet potissimum consuetudini, de qua infra nonnulla dicemus.

Colligitur 5. decisio illius controversiæ. An cibus debeat sumi ante potum, quod plures afferunt, an contra potus ante cibum capi debeat, quod alij afferunt, quorum opinioni videtur fauere schola Salernitana illo carmine.

*Vt vites paenam, de potibus incipe coenam.*

partimq; assentitur etiam Vallesius lib. 6. controversf. c. 5. ita inquiens (cum excessus in siccitate est immodicus, incipendum à potu est, & deinde cibo alternatim, potuque ingestu, rursus refectionem potu concludendam.) Etenim si porus fit vini, is numquam iejuno stomacho cōpetit, ob rationes conclusionis allatae, & consequenter à potu non debet incipere prandium, vel coena, tunc enim vt patet aperte, iejuno exhibetur vini potus omnino infestus, Confirmatur, quia si quādo, vīpi potus esset concedendus ante cibum, maxime esset

Quando non  
cōpetat vini  
potus inter  
fercula.

5. Corollarj  
An sit affu-  
mendus po-  
tus ante ci-  
bū, an cōtra  
cibus ante,  
potum.

Numquam  
vini potu  
debet inci-  
pere prādiū  
vel coena,

*casus*

casus à Vallesio positus, cum scilicet excessus est in siccitate immodicus, qui sit vel ex longa inedia, vel alii profluvio, vel fluxu sanguinis, vel simili causa, verbigratia immodico labore, & motu, ut palam est medicis omnibus; sed in his casibus manifeste, & maximopere offendere vini potum, antequam cibus assumatur, & conuulsiones, & deliria producere, & similes affectus, expresse testatur Gal. 2. aphor. in aphor. 21. ob rationem conclusionis. ergo numquam concedendus vini potus ante cibum, tamquam proficuus; Neque de vini potu intelligendum est Salernitanum carmen, sed ut exponit Arnaldus à Villanova super illum versum, de potabili cibo, & liquido, qualia sunt iura pinguia, & similia, quæ potus nomine appellantur etiam ab Hyppocr. ut cōstat 2. aphor. 11. vbi inquit (facilius est impleri potu, quam cibo) idest liquido cibo, quale etiam est vinū, in vera, & Galeni sententia in hunc loc. Hyppocr. sed non utiliter accipitur à principio prandij, sicut cetera edulia liquida à principio saltem ut plurimum conueniunt, ante alios solidos cibos, potissimum in his, qui refectione indigent, ut colligitur 2. aphor. 11. & in his qui fame laborat, ut colligitur ex Gal. 2. aphor. in aphor. 21. & dicetur fūsius tract. vniuersali de cibo, & potu. Si vero potus non sit vini, sed aquæ, hunc cōcedimus posse iejuno exhiberi, ut patet ex dictis tract. de aqua q. 6. art. 2. coroll. 2. & consequenter ab aquæ potu posse quandoq; incipere tum prandium, tum coenam; cum scilicet vera adest sitis, non superficialis, ut ibidem diximus, tunc ante cibum iejunus quis potest aquam potare ad fritis causam tollēdam, nisi quid aliud sit aquæ potum prohibēs. Et sane sēpius per æstiuos calores. Ego, & domestici mei ad mensam accessimus sitiētes potius, quam esurientes, & frigidę potu ante omnes alias cibos medico accepto, natura docente; tum sitis desistit, tum cibi appetentia fuit excitata; qua in re medicum errorem me comisiisse, & ceteris concessisse, dubio animo suspicabar, nūc autem ex hac doctrina verissima libentius permittam, & mihi,

&amp; ce-

*Schola Sa-  
cerdotia  
expositio.*

*Quando ab  
aqua potu  
possit incipi-  
pere prandii,  
vel cena.*

& ceteris, ac consulam etiam aquam modice præbibendam ante cibos, cum in æstuosis cōstitutionibus, & caloribus homines complexionis calidæ & siccæ potissimum, ad mensam veniunt potius sicculosi, quam cum appetentia ciborum. Etenim tunc indicium est caliditatis, & siccitatis ventriculi, cui præsto est potus recentis aquæ humectantis, & refrigerantis, atq; idcirco appetentiam incitantis; quo fit ut bene ab Hyppocrate aqua edax dici soleat, ut fusiis nostra tract. de fame, & siti Deo dâte, & Illustriss. Domino, annotabimus.

Secunda conclusio. Vini potus numquam fieri debet in multa quantitate. Est certissima apud omnes. Ex vino enim copiosiore quam par sit assumpto plurima damna oriuntur, quæ refert, & testatur Gal. 3. de temper. c. 2. vt morbus comitalis, apoplexia, tetani, conuulsiones, caros, &c. & 2. de sympt. caus. c. 2. in med. tremore corrip̄i docet eos, qui se vino meraco ampliter impleuerunt, & 6. aphor. 28. podagræ docet nocere multa, & potētia vina epota præcipue ieiuno corpore; & 2. de loc. aff. c. vlt. ante fin. historiam refert pueri, his verbis (qui cum vehementi siti cruciaretur, nec esset ei aquæ copia, vinum antiquum liberaliter potauit, atq; ex reliquo tempore vigil omnino permanxit, postea correptus febre, vñā cum vigilijs oborto, delirio perijt) & 5. de loc. aff. c. 6. inquit (iam alios quoque vidimus conuulsione comitali ob oris stomachi vitium, correptos. cum aut non probe concoxisserint, aut vini, & quidem meracioris plurimū potassent, aut vbi veneri immodice operam dedissent) copiosioris igitur vini potus, seu multus, seu plurimus, præsertim meracoris, non exhiberi debet; Iudit enim primò vetriculum, secundo alias partes, præcipue cerebrum, quod liquido experiri licet in ebrijs, qui à vino plurimo epoto, varie delirat, & vel De ebrijs ad risum, vel ad nimiam loquacitatem, vel ad furorem, vel ad tristitiam fiunt præcipites; alij taciturni euadunt, alij profunde dormiunt, quorum omnium melior est conditio; sicut pessima ē contrario est illorum, quorum meminit Hyppocr. 5. aphor.

**Tertia dies**  
est ultimus  
terminus  
crapulae.

**Obiectio.**

**Responsio.**

**Vinum dilutum somnū conciliat.**

**Prima regula**  
**parcius,**  
**vel libera-**  
**lius bibendi**  
**vinum.**

3. aphor. 5. inquietus (si ebrius quispiam repente obmutuerit; conuulsus moritur, nisi febre corripiatur, aut ubi ad horam peruererit, quo soluuntur crapulæ, vocem recuperet) in quæ lo, ex Galeno omnino legendo notandum est, tertiam diem crapulæ esse ultimum terminum, in qua si neq; febricitare, neq; loqui anticipauerit ebrius, conuulsus moritur.

Obiectio, Idem Galenus 1. de sympt. caus. c. 8. ante med. somnum conciliari docet in ijs, qui plusculum vini biberunt, non igitur semper est malus vini potus in magna mensura.

Respondeatur magnam mensuram, seu quantitatem excedentem potus vini duplicum debere distingui. alteram, quæ legitimos & naturales terminos potâdi excedit, & hæc semper præua est, & inhibenda, & de hac loquitur nostra cœclusio. Aliam vero, quæ intra legitimos bibendi terminos consistit; naturaliter enim quidam ampliore vtuntur poculo, alijs minore; & varijs temporibus nunc liberalius, nunc parcus bibunt, & hæc magna mensura, quæ nō excedit debitos terminos, quandoq; est concedenda, & de hac loquitur Galenus loco in obiect. cit. potissimum si vinum sit dilutum, à quo somnū conciliari docet Galenus 2. de loc. aff. c. vlt. ante fin.

Sane regula parcus bibendi, vel liberalius, ex pluribus desumi potest. Primo, quidem ex anni temporibus. Sicut enim autumno meracius, ita etiam parcus bibendum est; hyeme vero meracissime, & parcissime est bibendum. Veris autem tempore amplius potandum est, & dilutius; æstate tandem poculis multo dilutissimis, & plurimis vtendum est. quæ doctrina est expressa Hypocratis de salubri dicta tex. 2. 3. 4. Ex quibus locis colligitur hæc manifesta probatio. Autumno incipiunt corpora frigesceri, & humectari, & consequenter aggregari frigidæ, & humidæ superfluitates, quæ hyeme frigidissima, & humidissima magis frigide, & humidæ acercentur, ergo ratio potus, de qua nunc agimus, debet esse, quæ contrarium alterationem faciat, prohibeatq; horum excrementorum prouentum; tale est vinum meracius, & parcus

parcius autumno, meracissimum hyeme, & parcissimum, ut  
satis patet. Amplius vere incipiunt calefieri, & esiccari cor-  
pora, vnde calidiorum fit prouentus excrementorum, & estate  
autem corpora calidissima, & siccissima redduntur, & pariter  
excrementsa. igitur vere dilutius, ampliusq; potandum est,  
& estate dilutissime, & copiosissime; ita enim caliditati, & siccifi-  
caci nos obsistere ratione potus, quis est qui ignoret? Illud  
autem monet Hyppocr. loc. cit. tex. 3. paulatim debere fieri  
non subitam mutationem potus. Atq; ex hac doctrina patet

Secundam regulam parcius, vel liberalius bibendi, desu-  
medam esse, ex complexionibus corporum, siue nativis, siue Secunda regula.  
ascititijs. scilicet calidioribus, & siccioribus exhibendum es-  
se dilutius, & copiosius; frigidioribus vero, & humidioribus  
parcius, & meracius; sicut enim in anni temporibus calidio-  
ribus, & siccioribus pocula debent esse plurima, & valde di-  
luta, contra in anni temporibus frigidioribus, & humidiori-  
bus bibendum est meracius, & parcius; ita pariter ob eadem  
omni rationem dicendum est de complexionibus calidio-  
ribus, & frigidioribus. Hac eadem regula tractanda videtur  
corpora, vel desidiosa, vel in frigidis locis degentia, quibus  
conuenit ob allatam rationem vinum meracius, & parcius;  
contra vero si satis se exerceant, vel calidis balneis vtantur,  
vel in calidis viuant regionibus, vel calidiore vtantur cibis,  
quibus diluta magis & copiosiora, seu frequentiora conve-  
niunt pocula, quam regulam minime obseruari audio à frigi-  
dissimarum regionum incolis, puta Gallis, Germanis, An-  
glis, & à quamplurinis ex hac patria Neapolis, qui, de pa-  
trijs nunc loquor, iure merito cum plurimis afficiantur mor-  
bis longis, & noxijs, certe podagra hac de causa infestantur  
potissimum, quod vino plurimo vtantur.

Dices, Hyppocrates lib. de salub. dicta tex. 3 o. hanc habet Instancia;  
sententiam (at qui cibos post idie eructant, & si præcordia  
eleuantur, &c. vinum bibant meracius, & largius) quibus pa-  
tet non esse verum quod asseruimus, frigidis complexionibus,

Q dē

Diludo:

de quibus loqui hoc loca Hypocraté, patet legēti, compete-  
tere vinum meracius, & parcus. Respondetur nolle Hyppo-  
cratem hoc loc. simpliciter ex v̄su esse vinū meracius, & lar-  
gius, sed in his qui cibos postridie eruant: qui parum de-  
bent idcirco cibi assumere, quia non valent concoquere, &  
ciborum respectu possunt largius, & meracius bibere, à vino  
enim meraciōri calefit corpus, eoq; magis, si aliquantulum  
largius acceptum fuerit; quam doctrinam esse verissimam,  
. patet ex ijsdem verbis, quæ subdit Hyppocrates post allata  
in obiectione, sic enim subdit (cibi vero minus sumant hoc  
tēpore, liquet enim præ imbecillitate, & frigiditate vētrem  
non esse ciborum multitudini parem concoquendæ.)

Tertia regu-  
la.

Tertia regula parcus, vel liberalius bibendi, desumitur  
ex consuetudine. Hanc manifeste docet Gal. 7. meth. med.  
c. 6. ante fin. vbi plura docens feruanda in victus ratione, in-  
dicatione sumpta à confuetudine, inter cetera sic habet (bi-

Pulchra  
quædam ex  
Galenō de-  
cōfuetudine  
feruanda in  
potus quali-  
tate, & quā-  
titate.

bunt quoque alij calidum, alij frigidum, & vinum vel libera-  
liter, vel parcus, vel omnino nullū, vel hoc genus, vel illud,  
ad ea igitur reducendus quisq; est, quibus insuevit) quā can-  
dem doctrinam docuit Hyppocr. de rat. vict. par. 2. tex. 33. &  
34. in quæ loca Galenus bis repetit, consuetudinem plurimi-  
num posse, eiusq; fubitam permutationem corpori non par-  
uum afferre detrimentum, quod etiam docet in 6. de morb.  
vulg. com. 2. in tex. 26. hæc habens verba omnino memorare  
tenenda (à prauis vero consuetudinibus quosdam ad cōtra-  
rias subito traducere conantes, non modico errore tenetur,  
quandoquidem neque ipsas negligere, neque subito tradu-  
cere conuenit, sed paulatim, & ipsas interquiescere permit-  
tendo.) Hinc inferas ne per acutos quidem morbos, Anglos,  
Germanos, Gallos, aliosq; vini potores esse ad aquæ potum  
subito permutādos, sed vel vini diluti magis, magisq; aquosi,  
quod etiam largius eis erit concedendum. semper enim cō-  
donandum consuetudini, 1. aphor. 17.

An vini po-  
tores per fe-  
bres sint p-  
mūrandi ad  
aquæ potū.

Quarta re-  
gula.

Quarta regula bibendi parcus, vel largius, desumenda  
est

est ex alui siccitate, vel humiditate, huic n. potus parcior, illi largior conuenit, vt docet Gal. 4. aphor. in aphor. 83. inquiens. (in quibus enim supra modum humida aliis depre-  
henditur, ijs potum minorem exhibebimus, ac præterea illi  
viam ad vesicam parabimus; in quibus vero siccior, & plus  
dabimus potus, & distributione quantū fieri poterit prohi-  
bibimus. Rationes tum huius regulæ, tum præcedentis con-  
sideranti facile innotescunt, & à nobis afferentur alibi.  
Has autem omnes regulas paucis statuit Gal. 1. de arte cu-  
rat. ad Glauc. c. 3. ita inquiens. (sed & vinum potare, quan-  
tum possunt conuincere, sunt permittendi. mensuræ autem  
ratio, quemadmodum in alijs omnibus, ex viribus, & ætate  
sumitur ægrotantis, nec non & ex naturali temperatura, &  
præterea ex consuetudine, & anni tempore, & regione, atq; alijs  
huiusmodi) quæ etiam inspicienda sunt in qualitate  
vini potandi, vt constat ex cit. loc.

---

## QVAESTIO DECIMA QVINTA.

*An in calidis intemperiebus, & in febribus  
conueniat vini potus.*

**I** Am accedimus ad explicandum usum potus vini in ægris corporibus, ac laborantibus potissimum calida intemperie, & febre; cuius difficultatis tanta est inter medicos, non solum diuersas ciuitates, sed easdem incolentes, dissensio, vt teste Io. Zechio libello de curandi ratione in Vrbē, in sua epist. & in præfat. sanctissimo Pontifici Clementi Octauo placuerit in sacro Palatio inter cetera de hac re, nempe de vino febrentibus exhibendo, audire inuicem disputates, siue consultantes Excellentissimos Medicos, Io. Zcchium Bononiensem, & Hieronymum Prouenzalem Neapolitanū, sacræ insuper Theologiæ Doctorē, ob, cuius scientiæ merita

Q 2 à Sum-

Habenib⁹  
aluum siccā  
largior po-  
tus exhibe-  
dus est.

à Summi Pontificis Clementia paulo post Archiepiscopus Surrentinus creatus fuit. De hac igitur controversia, ut q.d re vera sentiendum sit, p:imo definiatur, sit nostro de more.

**i. Conclusio.**

Prima Conclusio. In qualibet intēperie calida præternaturam, & in qualibet febre, inspecta sola intēperie calida, & febre secundum se, seu vt febris est, nulla ratione conuenit vini potus, licet aquosus, & debilis. Hanc conclusionem puto ita evidentem, & certam, vt nō valeam mihi persuadere, posse aliquem medicinæ professorem ab ea dissentire, &

**Probatio.**

Probatur manifesta demonstratione in hac materia. Contrariorum contraria sunt remedia, sed intēperiei calidæ, seu febrili est contrarium, quod est virtute calidum; ergo vinum non est utile in febribus, nec febrium, alteriusue calidæ intēperiei præternaturam potest esse utile remedium, & consequenter non conuenit.

**ii. Confirmat.**

Confirmatur primo, quia vt dictum est q. 13. in satis calidis intēperaturis, etiam in sanitatis latitudine existētibus, non conuenit vini potus iuxta veram, & Galenicam doctrinam ibidem probatam; ergo multo minus in calidis intēperaturis, & morbosis, ac febrilibus conueniet vini potus, licet aquosus, & minime omnium calidi.

**iii. Confirmat.**

Confirmatur 2. quia vt demonstratum est tract. de aqua q. 7. art. 1. in febribus maxime conuenit aquæ potus, pariter in calida intēperie vetriculi, hepatis, & similiū partium; ergo aquæ vinum viribus, & natura contrarium, non conuenit in febribus, & calidis morbis, & intēperaturis secundum se inspectis, & vt calidis.

**Explicatio  
Galenicæ au-  
thoritatis.**

Atque iuxta hanc conclusionem putandum omnino est loquutum Galenum 8. de composit. pharmat. secun. loc. c. 7. post princ. inquietem (vinum conuenientissimum est citra inflammationem, aut erysipelas, aut abscessum, aut calidam intēperaturam ægrotantibus; Nam & nutrit, & cōcoquit, & roborat, & putrefactioni resistit, & si intēperies ex humiditate facta sit, & frigiditate, eam citra omnē molestiam, & securè persanat.)

Obij.

Obiectus vinum præcipuè aquosum minimam habet vim Obiectio.  
calefaciendi, ergo illud exhiberi potest, & debet etiam febre inspecta, & quolibet febrili morbo, seu calida intemperie præternaturam antecedens clare patet ex dictis q. 5. Consequentia probatur. Numquam à remisso augetur, & intenditur id, quod est intensioris gradus, ut constat ex physicis; sed febris, & intemperies quælibet calida præternaturam est intensa satis, ergo non potest intendi à vino aquoso debiliter calefaciente, & consequenter non est denegandum in febribus, quas non potest augere.

Respondetur negando consequentiam, & ad eius probatio-  
nem dicendum, veram esse, & vera docere; non intendi à  
remisso intensum; verum non idcirco debere concedi vina, Cur vina a-  
quosa calidis intemperiebus, & morbis, & febribus ut sic, quosa non  
scilicet ipsis tantum inspectis, ut loquitur conclusio: à remis- debeat cō-  
so enim intensum eiusdem speciei saltem fouetur, & conser- cedi febrib;  
uatur, & consequenter calida intemperies præternaturam.  
ex vini aquosi potu licet per se nequeat augeri, & intendi  
ob allatam rationem certe fouetur, & conseruatur, ut facile  
ex alia causa crescat, & vigeat; morbos autem non solum ne  
crescant, medicus debet inspicere, sed ne conseruentur, &  
perseuerent ijdem, & vt diminuantur, & aboleantur tandem:  
cui rei impedimento sunt vina aquosa in casu, de quo agimus.  
Atq; ob hanc rationem Galenus de rat. vict. in acut. com. 3.  
in tex. 4. inquit (prauum autem febri auxillum est vinum ful-  
uum, quod vehic mēter calidum sit) & paulo post de vino lo-  
quens aquoso, subdit (quod ceteris vinis omnibus innocentius febrentibus exhibetur) quod fere idem habet de vinis  
aquosis in tex. 8. inquiens (cum febrentibus quam cetera  
omnia sint minus noxia) quæ verba sunt diligenter perpen-  
denda. de vino enim fuluo, & acri, & vinoso docet prauum  
esse auxillum febris, quia vehementer est calidum, quod scilicet  
caliditatem febris possit per se augere; de vinis vero a-  
quosis esse minus noxia, & magis innocentia, quia nequeunt  
febrem

**febrē augere, at febrē quoquopacto fouent, vt explicatū est.**

**Enfantia.**

**Hæ specula-  
tiones infes-  
runt nauscā  
medicis, qui  
physicam a-  
sperrantur.**

Instabis, quod est remisse calidum, est intense frigidum, & contra quod intense calidum est, est etiam remisse frigidum. tota .n. latitudo gradualis debet expleri, vel ex vnica qualitate, vt cum summa est caliditas, & vt octo in materia; vel ex duabus contrarijs qualitatibus, vt cum in materia est æqualis tum caliditas, tum frigiditas, vel inæqualis, maior scilicet frigiditas quam caliditas, vel contra, vt constat ex physicis.

Sed vinum aquosum est debiliter & remisse calidum, ergo est valenter, & intense frigidum, & consequenter conuenit contra intemperaturas calidas, & febres secundum se spectatas remouendas. Respondetur vinum aquosum esse remisse calidum non per actualem calorem, sed per virtualem, seu potentialem; ratione enim actualis calor, & temperiei sic se habet, sicut cetera vina siue nouella, siue vetera, siue acria, siue dulcia, vt patet experientia. De his autem que sunt remisse calida virtute, & potentia, non verificatur doctrina instantiæ allatæ, esse intense frigida virtualiter. Neq; etiam verum est, quod est intense calidum vi, & facultate, est etiam remisse frigidum potentialiter; vt satis patet experientia, & ratione; Neq; enim dantur hæ duæ virtutes calefaciendi, & frigefaciendi, v.g. in eodem subiecto, sicut dantur in eodem caliditas, & frigiditas actualis, vt bene docet instantiæ argumentū, cuius corruit tum prima, tum secunda consequentia, vt patet consideranti, & intelligenti; vinum enim aquosum quia virtualiter est remisse calidum, non est idcirco intense virtualiter frigidum, nec consequenter contra intemperaturas calidas, & febres secundum se spectatas bonū remediū.

**Secunda conclusio:**

In calidis intemperaturis preternataram, & in morbis febrilibus exhibendum nō raro, sed sèpius est vinū, non quidem ratione febris, sed ob alias causas, quæ magis urgent. Ab hac conclusione pariter non est putandū medicos dissentire. Est enim apud omnes receptum, in morbis curandis non solam esse indicationem morbi amouendi, sed

Sed etiam virium seruandarum v.g. quæ multoties contrariū indicant, & postulant ab eo, quod indicat morbus, & febrilis intemperies, de qua est nunc sermo, cuius respectu licet non esset vinum exhibendum, hoc tamen exhiberi debet ob alias causas, quam doctrinam Galenus sæpiissime tum alibi, tū primo ad Glauc. c. 14. init. his verbis expressit (quæ vero cum accidentibus sunt, non æque simplicem exigūt curationem, at pro viribus metiendum est, quanta sit febris, quantumue ex accidentibus periculum immineat, atq; ad id, quod vehe- mentius, ac difficilius est, intendendum, non posthabita omnino etiam alterius cura.) Probatur igitur cōclusio afferen-  
do causas, propter quas vinum est exhibendum in calidis, & febrilibus morbis, Galeno docente, & ratione attestante.

Primo igitur febrentibus corporibus, & calida intempe-  
rie affectis conuenit vini potus si virium adsit iactura. Pro-  
batur expressè ex Galeno 11. meth. med. c. 9. circa med. vbi  
putridæ tradens curationem per potus, balnea, inunctiones  
&c. sic inquit. (at si mediocris est febris, & vires non valide,  
sed cum notis concoctionis, ijs, qui ita se habent, balneum  
prodest, & vini potio, tum vero ex vunctionibus eæ, quæ rare-  
faciunt, idq; multo magis cum ambiens est frigidum.)

Confirmatur primo idem, si febris fiat, & ortum habeat à  
viglijs, aut aliquo animæ affectu, puta ira, mœrore, tristitia  
cogitatione, quia hæ omnes causæ vires deiiciunt, & debili-  
litat; & in his casibus vinum est exhibendum, Galeno ex  
professo docente 1. ad Glauc. c. 3. vbi etiam notat non iræ,  
seu furoris tempore, sed quando ab ira, & furore omnino  
quieuerit æger, debere vinum concedi.

Confirmatur 2. Etenim ob hanc eandem rationem Gale-  
nus 8. meth. med. c. 3. in febrentibus ex mox dictis causis, &  
amplius ex refrigeratione, vstitutione, curis, lassitudine, hoc est  
corporis nimio motu, quæ omnes causæ etiam, vt patet, vi-  
res fatigant, & deiiciunt, non vult denegandum esse vinum  
aquosum, & Hippocratis auctoritate vtitur, quod non solum  
in-

Probatio.

An in febri-  
bus cum vi-  
riū imbecil-  
litate cōpe-  
rat vini po-  
tus.

An in febri-  
bus ex vigi-  
lijis, ira, mœ-  
rore, tristia-  
ta, cogita-  
tione, cōpe-  
rat vini po-  
tus.

An in febri-  
bus ex refri-  
geratione, v-  
stitutione, curis,  
lassitudine ,  
cōpetat vi-  
num.

in diarijs, sed in acutis febribus vinum dederit bibendum. Et hoc dogmate vtitur idē Gal. 10. meth. med.c.4. actu curans febrientes natura calidos siccōs ex sollicitudine; motu corporis &c. eis tum cibum, tum vinum exhibens in ipsa accessione, vt patet per legenti loc. cit. 10. meth. 4.

An in febre  
euāforti eva-  
cuacione,  
cōpetat viui  
solus.

Confirmatur 3. quia propter eandem rationem si febris fuerit vna cum aliqua forti evacuatione, vel simili causa, virtutem deiiciēte, dandum est vinum, etiam si adsit deliriū, mentisq; aberratio, & lassio, in quibus secūdum se prohibetur vini potus, vt dicetui. quod expresse docuit Hyppocr. 4. de rat. vii. tex. 41. dū inquit (quibus per febres alius liquida est, & mens turbata, &c. his ita habētibus si venter liquidus fuerit cōtabefaciens, sorbitiones frigidiores, crassioresq; exhibendas esse puto, potusq; qui sistant, vinosioresque, vel etiā astringentiores.) Vnde colligi potest ratio, Cur in pleuritide post evacuationem à medicamento purgante concedatur vinū aquosum ab Hyppocr. de rat. vii. in acut. par. 4. tex. 37. quod fere etiam repetit Gal. in Hyppocr. de rat. vii. com. 1. in tex. 34. quia ab evacuatione à medicamento purgante facta, virium reficiendarum adest necessitas, quod est notandum in praxi.

*XO*

Confirmatur 4. ob eandem enim rationem, in animi defētū, & exolutione, & in mortu oris ventriculi, etiam si adsit febris, vinum est exhibēdum, & calidum vinum, vt fusē Gal. legendus docet 1. ad Glauc. c. 14. & nos infra distinctius prosequemur. Clarissime igitur constat ex his, virium ratione, si debiles sint, etiam si adsit febris, dc bere exhiberi vinū, quod & vires reficit, & velocissime, vt determinatū est supra q. 2. & q. 3. concl. 1. maius enim periculum imminet ex virium iactura, quam ex febre, vt constat medicis, & virium semper est habenda custodia, & prima omnium indicatio in curandis morbis, à uiribus est desumendā. Sed contra,

Dices, q̄a Gal. 7. meth. med. c. 6. de uini potu loquēs, inquit (quādo uno hoc in potu utēdū cēso omnibus, quibus refici corpus

corpus est opus, modo non febricitent) quare in febre cum virium iactura denegatur vinum per Galenum. Respondetur Galenum iuxta huius obiectionis consequentiam non recte intelligi, & explicandum esse, vel de puro vini potu, quo uti debent, qui sunt reficiendi, quo non possunt uti febrientes, qui & diluto vino, vel alternatim vino aquoso, & aqua sunt custodiendi, illo ad vires reficiendas, hac ad febrem remittendam; atque hunc sensum habent expressa Galeni verba, (quando uno hoc in potu vrendum, &c.) vel de febre admodum incendente, & ardente, in qua viribus existentibus debilibus quidem, sed non admodum, vini potus non est concedendus, potissimum sinceri, & solius, de quo hic Gal. loquitur; atque haec expositio conformis est maxime Galeno eidem i. meth. 9. dicenti, si mediocris est febris, & vires non validæ, prodest vini potio, &c. Ex quibus patet inspiciendā esse febris magnitudinem, & mediocritatem, & virium maximam vel minorem debilitatem pro vino exhibēdo, in maxima enim iactura semper vinum cōuenit, quod velocissime nutriat, etiam si febris sit incēdens maxime, in mediocri vero debilitate, & imbecillitate vinum prohibetur à febre ardente admodum, mediocriter vero se habente febre, conceditur, ut ex Gal. aperte colligitur.

Secundo in calida intēperie, & in febrilibus morbis exhibendum est vinum ratione consuetudinis. cuius nō secus ac virium, ac propriæ naturæ habenda est ratio, ut pluries in superioribus diximus, & Hippocrates sepe docet, potissimum de rat. viet. in acut. par. 2. à tex. potissimum 20. ubi ea vñitut ratiocinatione. Sani lēduntur in repentina vñctus mutatio-  
ne, ergo multo magis lēdentur ægroti, multoq; magis qui acutis infestantur morbis. Et tex. 21. sic inquit (quod vitiosus vñctus cibi, & potus semper sibi similis ad sanitatē tutior sit, quam si quis subito ad alterum, vel meliorem se transfe-  
rat, facile discitur, intelligiurque) quæ sententia clarissima est, & probatur ab Hippocrate per plures sequentes textus,

An in feb-  
ribus ratione  
cōsuetudinis  
sit concedē-  
dum vinum.

Pulchra qđā  
ex Hippo-  
crate de cō-  
suetudine  
seruanda in  
potu.

R qui

qui sunt omnino perlegendi, potissimum tex. 33. vbi cibos, & potus cōsuetos haudquaquam bonos, melius tolerari docet quā cibos, & potus bonos, & insuetos, & tex. 34. vbi expresse non laudans subitam permutationem à uini potu ad aqua potum, uel cōtra sic inquit (adhæc quid faciant uini, & aqua portiones præter consuetudinem in aliud subito translate, quid dilutum item uinum, meracumq; repete pota, &c.) subditq; paulo post. (præterea quid uinum album, nigrumque præter solitum mutata, &c.) Ex quibus omnino certissimis tum ob Hippocratis auctoritatē citatis locis, & Galeni ibidem, tum ob uerissimas experientias, quas in dies obseruantur, & Hippocrates testatur cit. loc. tum rationes, quas Galenus docet lib. de consuetudine omnino firmum remanet in acutis febrilibus, & calidis morbis non esse cōsuetis inhibendum uinum, quod

An in febribus ratione annexa non orbita siccior, sit cōcedendus vini potus.

Tertio nō debet prohiberi in febribus; Cū febri annexus sit morbus aliquis siccior; Ita manifeste docet Hypp. de ratione uict. in acut. par. I. tex. 22. inquietus (nēpē si morbus sit siccior, &c. mulsam, uel uinū, utrum magis auxiliaturū putaueris, propinare cōuenit, &c.) quæ loco plurimorū morborū siccorum explicationem, & declarationem Galenus tradit, & pleuritidem sicciam vocat, item peripneumoniam, & morbos omnes, qui tum pulmones, tum asperā arteriam infestat, cum nihil ab affectis expuitur partibus, illisq; conuenire vel mulsam, vel uinum, tamquam hæc quam aqua magis humectent; vnde constare potest hoc loco debere intelligi uinum dulce, iuxta ea, quæ dicta sunt sup. q. 8. conclus. 3. obiect. 2.

Instinctio.

Dices si hæc doctrina esset vera, Galenus non denegaret uinum in marcore, lib. de marcore cap. ultimo ante finem.

Dilutio.

Respondetur Galenum in torrido solum marcore, qui sit à febre ardentissima, uinum fugiendum esse docere, esse autem admodum proficuum in marcore frigido, & aliquāris per iuare syncoposum marcorem, cuius disparitatis rationem subdemus paulo infra.

Quarto

Quarto non denegandum, sed exhibendum est uineum in febribus morbis, ratione humoris crassi, & lenti. Probatur Gal. auctoritate qui i. ad Glauc. c. 11. docens omnia, quæ quartanæ febri conueniunt, ab initio usque ad statum, de uino loquens, sic habet (uino utendum est autem albo, ac tenui, ac mediocriter calido.) Cuius certe rei ratio alia non est, nisi quia in quartana febre fugienda est uictus ratio refrigeras, & incrassans humores; quamobrem inquit Galenus arcēdos esse quartanarios à carnis porcorum, & omnibus edulis, quæ tenacia sunt; item utendum esse piscibus molli carne præditis, & nihil tenax habentibus, sed hinc uim habet uinum album tenui, ac mediocriter calidum, ut patet ex dictis sup. q. 4. ergo hoc uinum conuenit in febre quartana ratione crassitiei, & tenacitatis humoris; quod idem dicendum in ceteris febribus à similibus humoribus crassis pendentiibus, potissimum in quotidiana, pro qua curanda Galenus i. ad Glauc. c. 12. ut constat per legenti, iubet à principio, & primis diebus utendum esse ijs, quæ possunt urinam ualide cire, & uniuersum totius uictus caput debere esse ad incidentem efficacius; Vnde colligas eodem uini potu albi tenuis, uerum magis aquosum quam in quartana, debere nos uti in febribus tertianis, à medicis spurijs, seu nothis dictis, ut in continua tertiana notha, quod diserte docuit Gal. 8. meth. med. c. 3. ante med. inquiens. (Vinum uero ipse conscius est omnibus mē eiusmodi naturis concedere, sed quod tum aspectu, tū uiribus sit aquosum, id enim ad omnia utilius quam aqua est, ut pote quod & concoctionem iuuet, & urinas, ac sudores prouocet; constat autem, & Hypocratem non in diarijs modo febribus, uerum etiam in acutis, ex ijs, quæ de acutorum uitio prodit, uinum dare) quibus nil clariss. in Hypocratis, & Galeni sententia legi potest; in febribus scilicet, quæ pendent ab humoribus crudis, & crassis, uinum album aquosum esse utile, quod concoquat, & attenuet, & idcirco urinas moueat, & sudores, quod utile est in febreibus.

R 2 Confir-

An infebris  
ratione hu-  
moris crassi  
conueniat po-  
tus vini te-  
nus ut in  
quartanis,  
quotidianis,  
& tertianis  
nothis.

An uinum  
aqueolum sic  
ceteris ve-  
niis in febri-  
bus.

Confirmatur quia eodem Galeno teste 8. de compos. med. local.c.7.uinum nutrit,& concoquit,& roborat,& putrefactioni resilit; qui omnes effectus sunt uiles febriētibus salte quamplurimis, quinimò necessarij in casibus omnibus allatiis, ergo in illis non erit denegandum uinum aquosum.

Dices Gal.1.ad Glauc.c.9. tradens curationem tertianę sic habet (à uino uero antequam morbus concoquatur, omnino abstinendum, at ubi concoqui ceperit, dandū ab initio tenuē, aquosum, & paucum, ubi autem iam prope est ut morbus soluatur, amplius est offerendum) quæ doctrina est contraria proxime dictis à nobis, ex humoribus scilicet crudis, & crassis febriētibus concedendū uinū. etiā à principio.

Respondetur non esse contrariam Galeni doctrinam hoc loco traditam, hic enim agit de uino exhibendo in tertiana exquisita, quæ ex calidissimis natura, & tenuissimis pendet humoribus, nempe bile flava sincera; nos autem loquimur de febre pendente uel à melācholia, seu pituita, crassis, & frigidis natura humoribus, ut in quartana, & quotidiana, uel à bile flava, pituita etiam & melancholia admixta, ut in tertiana notha, in quibus conuenit etiam à principio uinum aquosum, quod hæ febres longiores sunt, & uires longiori tempore debent laborare, & consequenter conseruari debet ne prosternantur, amplius humores habet, quæ ulteriori indigent attenuatione, quæ duo non adsunt in tertiana exquisita, quæ breui perdurat tempore, & ab humoribus pendet tenuissimis, & est ex ardentium genere. cui tamen, cum apparet coctio, uinū conceditur aquosum. à Galeno, quod tūc temporis uiriū incipiat urgere aliqualis necessitas, nō quod cruditati uinum ob sit, pro sit autem coctioni, hoc n. est omnino falsum simpliciter, prodest n. uinum cruditati humorū crassorum frigidorum, obest uero cruditati humorum calidissimorum, & biliosissimorum, qui refrigeratione, & attemperatione indigent, non attenuatione, cum sint tenuissimi.

Atq; hoc idem, quod dictum est de uino exhibendo in febribus.

bribus ratione humorum crassorum, dicendim pari ratione est, ratione etatis senilis, complexionis frigidæ siue totius, siue partis alicuius, eoque magis si sit pars præcipua u.g. lecut, uentriculus. Item ratione temporis anni frigidi, & regionis frigidæ. propter quas omnes causas uinum conuenit in febrentibus, nisi quid prohibeat, ut dicemus. Quam doctrinam expressis uerbis docet Gal. I. ad Glauc. c. 14. & confirmant ea, quæ diximus sup.q. 13. potissimum; & huc spectant Hypocr. verba 2.de rat. vict. tex. 36. (conicere autem oportet & robur, & morbi cuiusq; modum, hominis item naturā, atq; ægrotantis in victu consuetudinem non in cibis solum, verum in potionibus) in quibus omnibus rite noscendis, & memoria tenendis, oportet medicum perspicacem esse, & se laboriose exercere, vt perfectus euadat; quod nouit, docuit, & testatus est Galenus in hunc loc. Hypocr. rationem inquirens. Cur tum deteriores, tum meliores medici reperiantur, quamuis eadem didicerint. eamq; assignat; quia alij sunt perspicaciores, laboris amantiores, exercitatiōres, tenaciorisq; memoriae: contra alij sunt hebetiores, segniores, minus exercitati, minusq; valentes memoria. quibus vitijs arguendi videntur ij, qui vel indifferenter febrentibus omnibus vinū cōcedendū autumāt; vel cōtra sine distinctione febriētibus aduersissimum vinum esse pronunciant. pro quo rū opinione

Obijcies 1. Vinum prohibetur in temperaturis calidis sic-  
cis valde, licet sint in sanitatis latitudine, quibus conceden-  
da est aqua, vt constat ex dictis supra q. 13. & tract. de aqua  
q. 6. art. 1. ergo multo magis prohibendum in corporibus fe-  
brilibus, & præternaturam calidis.

Respondetur non leuem videri huius vim argumēti, quod contra se proponit, & soluere conatur Galenus, & tandem non soluit 8. meth. med. c. 3. ita inquiens (at in sexto epi-  
demion siue ipse sit, siue Thessalus eius filius, vinū calidis tem-  
peramentis prohibet, idq; non modo cū febricitant, sed etiā  
per sanitatem; quippe in calida natura suadet tum refrigerationem,

An ratione  
etatis seni-  
lis, comple-  
xionis, anni  
temporis, &  
regionis, fri-  
gidæ dandum  
sit vinum in  
febribus.

Cur medici  
alij. sint me-  
liores ab ijs.  
quāq; ea-  
dem didice-  
rint.

Obiectio

rationem,tum aquæ potionem,tum quietem; Nisi forte copiosius vtendū esse aqua,quam vino, huiusmodi naturis suadere cum dixeris,quemadmodum nonnullis placet.Hoc igitur seorsum per se disquiratur)nde patet Galeni responsio, quam alijs tribuit, cui nec videtur acquiescere, dum inquit, seorsim disquiratur,nec alibi adhuc inueni in Galeno hanc disquisitionem huius difficultatis;que facillime tolli videtur ex dictis à nobis tum 1.ru. n 2.conclus. scilicet ratione temperiei calidissimè secundum se,& febrilis caliditatis secundū se,denegandum esse vinum , & hic ratione optime concludere argumentum;ratione vero virtutis debilis,consuetudinis,crassitie humorum , etatis senilis, frigidæ complexionis ventriculi,vel alterius partis,vel totius, anni temporis, &c. conuenire vini potum,vt demonstrauimus;quod hæ circumstantiæ,que omnes virtutem respiciunt,magis urgeant,quam febris indicatio,vt explicuimus.

**a. Obiectio.** Obiecties 2. Vinum vrinam ciet;sed quæ vrinam cient,sunt calida,ergo non conueniunt in febribus.

**Responso.** Respondetur vrinam cientia esse duplicis generis, alia leviter,que tenues succos gignunt, detergent,& attenuant sine calefatione,aut sanguinis liquefactione,quale est vinū potissimum aquosum : alia vrinam cient valenter sanguinem calefaciendo,& liquando,& de his valere dicere,non conuenire in febribus,in quocumq; tempore exhibeantur, siue in principio,siue augmento,vel statu, vel declinatione; non de illis,que quocumq; tempore præbeantur,cōducunt,casibus existentibus,de quibus supra. Atq; hæc doctrina clarè colligitur ex Gal. 4. de sanit tuer. c.4. propè fin. vbi vinum tenuē album concedens in lassitudine ulcerosa cum admixta copia crudorum humorum , subdit de valenter cientibus vrinam. hæc verba .(que vero vrinam cient, hoc casu non probo, maximè que præualētia sunt ex his,& sanguinē calfaciunt, ac liquant,quippè quod probe est concoquendum, huic tantā adhuc vexatio non conuenit)multo magis igitur in febribus

Quenā vrinā  
cientia non  
conueniat in  
febribus.

bus valenter crientia sunt prohibenda. Vnde nil contra altas doctrinas in conclusionibus, ut patet intelligenti.

Obijcies 3. quia Galenus exprefse negat vini potum in febris concedendum 1. ad Glauc.c.14.his verbis.(sed aduertendum est; an aliquid sit quod prohibeat huiuscemodi exhibitionem; veluti si vnum ex visceribus inflammationem patiatur, aut caput vehementius doluerit, aut passio aliqua, quæ delirare cogat affuerit, aut febris incendens in morbo crudo, magna enim, & quasi insanabilia ex potu vini in huiscemodi affectibus nocumenta proueniunt )

Respondeatur hoc loco Galenum nobis non obstat, sed confirmare secundam conclusionem, tradit enim casus, in quibus, per febres vini potus est inhibendus; quando scilicet vehemens est capitis dolor, quando adest delirium, & febris est incendens, cum inflammatione partis principis, vel visceris, quod nos amplectimur, & seq.q.probabimus . Neq; enim semper volumus febrentibus vinum esse concedendum, sed urgente virium necessitate, consuetudine, aetate, & alijs causis, de quibus etiam egit Galenus loco cit.in obiect. Illud autem, quod hic habetur ex Gal. de febre incendente in morbo crudo, tripliciter intelligi potest; vel in morbo crudo, idest succis existentibus crudis, puta pituitosis, quod contingere potest in febre ardente ex pituita salsa, in qua quia sitis est incomprendibilis, conuenientior idcirco est aqua; & bene à Galeno inhibetur vinum. Vel in morbo crudo, idest cum signis crudæ vrinæ, v.g.-albæ, tenuis, aquosæ, cum tamen humores sint biliosi, qui ad caput redunt, vel ad internam partem aliquam inflamatam; & hac ratione bene etiam Galenus decernit in incendente febre cum morbo crudo, non debere dari vinum, quia imminet delirium, vel incrementum internæ inflammationis, & acutæ. Vel tertio, in morbo crudo, idest succis existentibus calidissimis, & tenuissimis præternaturam, qui idcirco non attenuatione, sed incrassatione indigent,

3. Obiectio.

Quando in febribus sic prohibēdus vini potus.

An in febre incendente conueniat vi ni potus.

Triplices ratiō crudicitatis in febre incendente.

gent, & crudi sunt, non cruditate per diminutionem caloris, & frigiditatem, sed per excedentem caliditatem, quæ nidorulenta dicitur cruditas, quæ est maxime propria febrium ardentium, è quorum numero sunt tertianæ exquisitæ, vt constat ex dictis à nobis nostra tract. de febribus q. 9. art. 1. not. 3. Et in hoc morbo crudo hac ratione vinum quodlibet vel quia est calefaciens, vel calorem fouens, & attenuans, rationabiliter prohibetur, vt paulo supra hac eadem quæstione dictum est de tertiana exquisita.

Atque iuxta hanc expositionem intelligenda sunt alia, si quæ legantur Galeni loca inhibentia vinum in febribus, intelligendum scilicet esse de febribus ardentibus, & admodum incidentibus, nō de febribus mediocribus, in quibus potest exhiberi vinum, vt manifestè habetur 11. meth. c. 9. Vel certe intelligendus est Galenus de vino admodum acri, quod prohibetur, vel de admixto cum esiccatis, & acribus medicamentis, cum quibus nō debet exhiberi in febribus, quibus huiusmodi medicamenta, cum opus fuerit, utilius exhibentur ex aqua, vt patet intelligenti. Et iuxta hanc ultimam doctrinam Galenus vinum prohibet in febribus 7. de simpl. med. fac. sect. de centaurio maiori, vbi centaurij, cuius vires acrimoniam ostentant, drachmæ duæ febrentibus ex aqua exhibentur febri liberis cum vino. 9. de simpl. med. facult. sect. de terra samia in fin. vbi bolum armenum esiccante vi præditum, bibi docet ex uino albo consistentia tenui, modice diluto, si planè febri careat, aut leuiter teneatur, sin gravius febriat, admodum aqueo. quod idem cernere licet 7. de compos. med. local. c. 4. in finalibus verbis, & lib. 8. c. 8. ante med & alibi sepissime, vbi ratione medicamenti admixti vinum nō exhibetur in febribus, vel quia vinū redditur acrius, qđ non est ex vsu febrentibus, vel quia redditur magis esiccans; vel quia si medicamen sit soporiferum ex opio, mādragora, & similibus, & contra colicos dolores compositum,

**Qaz medicamenta ex vino, nō debent exhiberi febribus, & quae de causa.**

**S**i febrentibus exhibeatur cum vino, medicamenti vis soporifera tum vini calore, tum febrili omnino remittatur; & idcirco ex aqua, non ex vino, febrentibus potissimum talia exhibentur medicamenta, ut patet 9. de compos. med. local. c. 4. in fin. & c. 5. post princ. & alibi ~~sepiissime~~.

### Q V A E S T I O D E C I M A S E X T A.

**A**n in capitis doloribus, & in alijs capitum affectibus  
vini potus conueniat.

**I**nter cetera, propter quæ febrentibus vinum prohiberi ex Galeno dictum est, dolor est capitum, in quo cum vino ab eodem non raro exhibeatur, ut patet ex locis citandis, ut Galenicæ doctrinæ, & veræ distincta habeatur cognitio, seorsim an in capitis dolore, & in alijs capitum affectibus, competit vini potus, inquirimus, pro qua re

Notandum 1. capitum dolores alios esse per essentiam, causa scilicet dolorifica per se, & primo in capite existente; alios per consensum, cum ab alterius partis affectu v.g. uter, ventriculi, alteriusue partis pendet dolor capitum. Amplius causæ doloris capitum, vel est calida satis intemperies, vel sunt calidi valde, & tenues humores, & una cum febre incendente; vel contra est frigida intemperies, vel frigidi, & crassi sunt humores, & sine febre. Item dolor vel est intensus valde vel remissior.

Notandum 2. certissimum esse debere, cum de vino exhibendo in casibus huius questionis loquimur, non esse sermonem de vino odoro, neque de valde calido, & potenti, & antiquo, quæ facillime caput replent, ut patet ex dictis supra, potissimum q. 10. conclus. 5. quæ disertissime Galenus de attenuant. vii. rat. c. 12. docet esse fugienda ab ijs, qui aut cephalgia, aut hemicrania, aut cephalæa, aut epilepsia, aut

S mania,

mania aut quoquis alio capititis affectu laborant . quod idem habetur alijs in locis à nobis cit . loc . adductis . Sed de uino aquoso , & diluto , uel austero , que caput non afficiunt , sicut nec meracum , & potens , si in parua quantitate assumatur ,

**i. Cōclusio.**

An in ph c  
pit is dolori-  
bus vehem-  
tibus à cau-  
sa admodum  
calida , & cū  
febre , cōpe-  
rat vini po-  
tus .

Prima cōclusio . In vehementib⁹ capitis doloribus , à causa calidissima , vel cum febre incēdente , siue dolor sit per essentiam , siue per consensum , non cōuenit ullo pacto vini potus . Iuxta hanc conclusionem censem⁹ est omnino loqui Galen⁹ lenum i . ad Glauc . c . 14 . cum inquit ( sed aduertendum est , an aliquod vnum ex visceribus inflāmationem patiatur , aut caput vehementius doluerit , aut passio aliqua affuerit deliri⁹ causa , aut febris incendens , magna enim ex potu vini nō cumenta proueniunt . ) Iuxta hanc conclusionem etiā intellegendus Galenus i . ad Glauc . c . 3 . dum inquit . ( vinum vero omnibus , sed præcipue his , qui vigiliam passi sunt , intrepide offerendum est , nisi capititis dolore premātur , aut pulsus venarum in temporibus sentient . ) loquitur enim ibi de capititis dolore in febrib⁹ , & cū pulsu arteriarum temporū , & consequenter ex causa admodum calida , vt satis patet .

**Probatio.**

Probatur conclusio . In vehementibus doloribus ex causa admodum calida , vt in incendente febre , opus est refrigeratione ; non igitur vtendum vino quolibet licet aquoso , & diluto , si modo vini vires retineat , à qua si non intendatur , saltem sane fouetur caliditas .

**Cōfirmatio.**

Confirmatur ex Gal . 2 . de compos . pharmac . secun . loc . c . 1 . sect . ( ad capititis dolores ex frigore ) vbi examinans Apollonij indistinctam doctrinam , & auxilia sine distinctione posita contra capititis dolorem tum ex ardore Solis , tum ex refrigeratione , præcipue quod dixerit Apollonius , vitandum esse clamorem , contentionem , vini potum , frigiditatem . In curatione doloris capititis ex ardore , Galenus semper refrigerantibus , & numquam vini aut potu , aut lotione vtitur , pariter igitur nec vtendum est vini potu in vehementi dolore à calidissimis humoribus , & tenuibus , & in febre incēdēte .

Atque

Atque hoc idem dicendum in phrenitide, & delirio cum febre. in hoc scilicet affectu secundum se non competere vini potum, ut Galenus docet 1.ad Glauconem cap. 14. cit. Et ratio est allata in conclusione; quia cum incendens adest causa, qualis est in delirio cum febre, refrigeratione magna opus est, quam non efficit vinum dilutum, quod vini vires seruat, à quo saltem fouetur calor; Addimus, secundum se; nam ratione magnæ euacuationis, unde virium fit iactura, conuenit vini potus astringentis, & vinosi, ut notauimus q. præced. conclus. 2. ex Hippocrate de rat. viet. par. 4. tex. 41. qui locus est omnino legendus, ibidemq; Gal. quod idem dicendum est, urgente viri imbecillitate ex aliqua alia causa. dandum scilicet vinum potissimum aquosum, & dilutum; Cui sententia aperte fauet Hippocrates de rat. viet. par. 3. tex. 41. vbi in suspicione lesionis mentis, & capitis fortis gravitate vinum penitus prohibens, immediate post cōcedit viñum aquosum, & inodorum, & à quo aquæ exiguū superbibatur; vbi scilicet necessitas urget, vel virium, vel consuetudinis, vel ætatis, &c. Et probatur etiam ex eo, quia dilutum viñum somnum conciliat, more aliorum medicamentorum, Galeno docente 2. de loc. aff. c. vlt. ante fin. somnum autem esse utile delirio phrenitico, patet ex Hippocr. 2. aphor. 2. dū inquit (vbi somnus delirium sedat, bonum.) Vnde patet multo magis in hoc casu cōcedi posse vinum dilutissimum, quod ad refrigerandum, fere valentius est aqua, vt dictū est sup. q. 1. 1.

Dices, Galenus 1. ad Glauc. cap. 3. sic habet (sed & ijs, qui ira, aut merore aliquo, aut cogitatione febricitant, vinum est exhibendum; & qui furore febricitant, quādo omnino ab affectu quieuerunt, prius vero non tutum est vti vino) ergo qui delirio febricitant, non debet vti vino, nisi cum quieuerit phrenitis. est enim phrenitis delirium, & magnus furor à causa intrinseca, quæ magis est valida quam causa aliqua extrinseca iræ, quæ est parvus furor. Respondetur hoc argumentum omnino concludere, non ante declinationem deli-

An in phrenitide conueniat vini potus.

rij phrenitici debere uti uino diluto, & urgente necessitate, uel alia circumstantia, ætate, consuetudine, anni tempore, &c. sicut enim in iræ, seu furoris affectu, quia excandescens adest sanguinis, nō conuenit tunc uini potus uel augens, uel fons feruorem, ita nec in phrenitica accessione, quo tempore summe feruent humores, & perturbant excedente caliditate, & turgente motu, ut explicatum est tractatione de sensu interno quest. de phrenitide.

**2. Cœclatio.** An in capitis doloribus à causa frigida, cōpia et vini potus. Secunda conclusio in uehementibus doloribus capitis ex refrigeratione, seu per essentiam in capite, seu per cōfensum, ex frigidis, crassisq; humoribus fluentibus uel à ventriculo, uel ab alia parte corporis, conuenit uini potus albi tenuis, Est ex professo Galeni loc. cit. 2. de compos. med. loc. al. c. 2. seet. ad capitis dolores ex frigore, ubi tradens curationem doloris capitis à frigiditate, calidis utitur præsidis, atque concludit his uerbis (dandum etiam uinum tenuum partitum, & motus corporis præcipiendus, lauacraque calida, & quadratoque à raphano uomitus)

**Probatio.**

Probatur, quia uinum calefacit tum caput, tum totū corpus, ut constat ex dictis supra q. 3. & ex Gal. 7. aphor. 7. ergo conuenit in frigidis affectibus, & à frigida causa. Et tenuum uinum ex usu est; frigidas enim est causa crassitatis, cui uinum sua tenuitate præsto est, ut patet ex dictis sup. q. 4.

**Cōfirmatio.**

Confirmatur, quia dolores oculorum merci potionē sanantur, ut testatur Hippocrates 6. aphor. 3. quod idem tum alibi Galenus docet, tum in hunc locum experientia comprobat cuiusdam adolescentis, qui Galeno ut ipsem inquit (fiduciam præbuit, ut, in quibus sanguinis copia crassioris in oculorum uenulis contineretur, sine plethorica totius corporis dispositione, uteret uini potionē, ut qua diffunderet sanguinem, atque dimouere possit, siueque motus uehementia obstructiones aperire.) pariter igitur in capitis dolore à frigidis, & crassis succis, uel crasso sanguine sine plethorica dispositione, quod est admodum aduertendum, in hac enīma non

An sit uinū exhibendum in doloribus oculorū, & ceterarū partium, nō existente plethora,

non est utendum nutrientibus, quale est vinum: competit  
vini potus & tenuis, & meracioris; quod idem dicendum de  
vini potu exhibendo in ceterarum partium doloribus ab his  
eisdem causis frigidis, vel crassis succis, & crasto sanguine, si-  
ne totius plenitudine. quam doctrinam explesit Galenus ad  
vnguem in 6. de morb. vulgar. c. 6. in tex. 5. circa med.  
ita inquiens (nempe quod vinum dolores oculorum ex ob-  
structione oriētes, mitiget, ex aphorismorum interpretatione  
nibus didicistis; nunc vero & aliorum, quicumque eadem ra-  
tione concitat, dolorum nonnumquam ob fanguinis cras-  
itudinem, nonnumquam ob frigiditatem, vobis in mentem  
veniat. Cum sepius & in ventris doloribus, & in dolore ca-  
pitis vocato hemicrēna, seu heinictanea, meracius vinum  
sumptum, confessim quidem manifestè iuuuisse, accedent  
deinde somno, in totū dolorem sustulisse videritis.) Et 4. de  
sanit. tuer. c. 4. post princ. in doloribus lassitudinarijs, potissi-  
mum in lassitudine ulcerosa cum humorum cruditate viñū  
concedit, & ita inquit loc. cit. post princ. (nec tamen à vino  
eum abstinebimus, concoquit enim id semicrudos humores  
quantum aliud quiduis, tum sudorem, vrinamq; promouet,  
ac somnum conciliat) & circa fin. eiusdem cap. ita habet, lo-  
quens de potu utili in lassitudine ulcerosa ex mordacibus  
succis vna cum copia semicrudorū humorum (potio oxime-  
li, mulsa, vinum tenuē, album, semelq; quæ boni sunt succi,  
eademq; detergent, nec glutinosa sunt, nec crassum suceum  
efficiunt, nec valenter nutriunt) & c. 6. hanc eandem repe-  
tens doctrinam, inquit (ergo tum hac utendum potionē, in-  
telligas oximelite, mulsa, apomelite, de quibus supra dixe-  
rat, tum vero ex vinis, ijs, quæ leuiter aceſcunt) & paulo post  
subdit (quod si crudos iam succos satis attenuatos speras,  
vinum dabis, quod & substantia sit tenuē, & colore fuluum,  
albumue) & c. 10. propè fin. in lassitudine phlegmonodes, in  
qua adeſt sanguinis redundantia, & nutritione non est opus,  
per tres dies idcirco à vino abſinet, & posteā cōcedit aquo-  
sum

An in lassitu-  
dinibus con-  
ueniat vi-  
nus potus?

sum vinum, & sic inquit (vino autem utiliter etiam secundo die parcer, tertio vero siquidem aquæ potionem facile toleret, tunc quoque vino abstinebit: si non ferat, potissimum quidem apomeli dabis: quippe leviter refrigerat ea quoque; potion, quo utique; indigent, quæ phlegmone sensum habent lasitudines, hoc si non sit, album, & tenue vinum offeres, aliaque pro ratione exhibebis, quæ ut boni sunt succi, ita minime calfaciant. Cauendum vero præter cetera est, ne propere, & multum, non sensim, & paulatim renutrias.)

**An plethora prohibeat vini potum.**

Ex quibus omnibus patet primo in doloribus concedendum vinum album tenue ratione crassorum, & crudorum humorum, & ratione doloris vinum non prohibendum, at ratione vel calidissimæ causæ, vel plethoræ, quod tamen cit. mox loc. tum etiam 7. aphor. 48. docuit Gal. inquiens (nam neque vinum, neque balneum tolerat plethorica dispositio absque maximo detramento.) Patet 2. vinum tenue, & aquosum esse proximum viribus, & facultate apomeliti, & mulierum.

**3. Cœlusio.**

**An in dolore capitis per consensum ventriculi, hepatis, alteriusue partis, conuenit potus vini aquosi, & diluti.**

Tertia cœlusio. in capitibz dolore sine febre, à biliosis humoribus potissimum per consensum vel totius corporis, vel ventriculi, vel hepatis, alteriusue partis, conuenit potus vini aquosi, & diluti. Est ex professo Galeni 2. de compos. pharmaceuticorum secun. lo. c. i. in fi. sect. de his, qui ob biliosum humorum caput dolent. & sequenti sect. de dolore capitibz per consensum. Et

**Probatio.**

Probatur aperte, quia biliosis existentibus humoribus potissimum in ventriculo, hepate, &c. aquæ potus exhibitus non est ex usu, cum moretur in hypochondrijs, vires labefactet, obstrunctiones, augeat, bilescat & ipsa, & amarescat, vrinas minime cieat, neque aluum deiçiat, aliaque; damna inferat, de quibus latè Hippocrates de rat. viet. par. 3. & ex. 40. quibus omnibus ex usu est vinum dilutum, & aquosum, quod vrinas ciet, vires paulisper reficit, caput non ferit, ventriculo robur addit in his casibus, vt patet ex dictis supra de vino diluto q. 11. & de vino aquoso q. 5.

**Confir-**

Confirmatur quia Hyppocr. loc. cit. de rat. viii. par. 3. seq. r. Cōfirmat.  
tex. 41. etiam in febre cum mēntis lēsione , vel fortī capitis  
grauitate, vinum concedit inodorum , & aquosum , & quod  
diluatur in ventre, dum à vini potionē superbibendum aque  
exiguum consulit , non certe ob aliam rationem , quam ob  
mox allatam ; ergo multo magis vinum aquosum , & dilutum  
in capitis dolore ex biliosis humoribus sine febre ,  
concedendum est .

Confirmatur amplius expressa Galenī experientiā de hac 2. Cōfirmat.  
re, quam de succorum bonit. & vit. c. 11. testatur pluribus , &  
hæc habet omnino legenda (inuenies certè quosdā, quibus  
ex aquæ potu dolore caput corripiatur, præsertim vero cum  
ea uitiosa fuerit, quippe cum ipsa corrumpatur, tum natuū  
uentriculi robur exoluat , qui cum imbecillus fuerit, soleat  
eò ex corpore deferri humores ex bile tenues quidam , id  
quod ieiunantibus etiam ussuuerit, à quibus noxis malisque,  
vinum, quale modo diximus, liberum facit hominem: primū  
quidem, statimq; contemperamenti ratione, tum paulo post  
quod addito uentriculo robore, nō documentū is à se deorsum  
propellat) biliosis igitur humoribus confluentibus ad uen-  
triculum, & idcirco capite condolente , uinum conuenit ex  
Galeo hoc loco aquosum, & leuiter astringens, ut clare  
patet , unde etiam .

Colligitur in dolore capitis à ieiunio, debere exhiberi ci-  
bum, & uini potum; fit enim in ieiunio capitis dolor propter  
influxum humorum superfluorum ad uentriculum debilem  
ex ieiunio redditum, qui à cibo, & uini potu corroboratur ,  
& nocua excrementa à se expellit, atque ita bene se habent  
tum uentriculus, tum uentriculo caput consentiens. Ex quo  
intelligitur, cur quidam capite dolentes, & edētes, & biben-  
tes uinum, melius se habeant, quod mihi quandoq; contigisse  
scio, & alijs; cum contrarium videatur debuisse contingere,  
quippe à cibo, & potu capitis potius debeat fieri reple-  
tio. Huius nempe quæsiti ratio est; quia à cibo, & uini potu  
debi-

An in dolore  
capitis à  
ieiunio, cō-  
petat cibus,  
& uini po-  
tus.

debilis tunc uentriculus robatur, & noxia expellit, quibus ipse primo, tum caput per consensum afficiebatur.

An in Epilepsia conuenienti potum uini diluti.

Colligitur 2. in Epilepsia conuenire potum uini diluti. Est n. epilepsia affectus frigidus, & à frigidis, ac crassis pendens humoribus caput siue per se, siue per consensum sufficientibus, in quibus uinum tenui conuenit, ut sœpe ex Galeno docuimus, qui præcipue 8. de compos. pharmac. secund. loc. c. 7. de uino inquit (si intemperies ex humiditate, & frigide facta sit, eam citra omnem molestiam, & secure perfranat.) Confirmatur experientia eiusdem Galeni de uenç sect. aduersus Erasistrat. c. 9. vbi Diodori Grammatici epilepsiam ex affectu uentriculi curans, propter inediā: presentaneum docet remedium esse, panem ex uino temperato assumere. quam eandem doctrinam fusè repetit 5. de loc. aff. c. 6. ubi uinum explicat debere esse album, & dilutum, & modice adstringens, & rationem subdit, quia huiusmodi uinum ut uentriculum roborat, ita haudquaquam tētā caput, à quo tenari subdit, & conuulsiones comitiales excitari, si uinum meracius plurimum sit epotum.

An in melancholia, & in melancholicis affectibus conuenienti vi-

ti potus.

Colligitur 3. in melancholiæ affectu, & in omni morbo ex melancholico succo pendente, conuenire uini albi, tenuis, mediocris potum, quod melancholicus succus natura sit frigidus, crassus. Confirmatur tum ex Gal. qui, ut dictum est q. præced. in febre quartana, quæ ex melancholia pēdet, exhibet uinum album, tenui, mediocre; tum ex eodem ad Glauco. c. 3. ubi uinum concedit ijs, qui ex mero febricitant, nec admonet, quod de ira aduertit, esse scilicet expectandam quietem ab iræ affectu. Tum ratione, quod humori melancholico crasso, frigido, conueniat attenuatio, & calefactio mediocris, id quod ualenter præstat uinum album, tenui, mediocre; non uinum crassum, nigrum, quod aptissimum est, ut ex ipso melancholicus humor gignatur, ut idem docet 3. de loc. aff. c. 7. ante med. Tandem quia apud omnes in confessio est, uinum tribuere alacritatem animo, quod etiam Galenus

Ienus restatur lib. quod animi mores corp. temp. seq. c. 3. circa med. ita loquens (vini autem potus aperte tristitiam levat, hoc enim quotidie vrimur) igitur vini potus cum melancholicis conferat, & tristibus, exhibendus est.

Cur autem melancholicis conferat vinum, dum alacritatem tribuit, non est explicatu facile, & Galenus causam non nosse videtur sateri loco cit. quod animi mores, &c. Nos autem ut rei sane difficilis, nec ab alijs explicatae causam asseramus. Primum ponimus à tristitia vires resolui, quod patet ex dictis q. præced. de potu vini in febribus ex ita, tristitia, cogitatione &c. & ex Gal. 12. meth. med. c. 5. ante med. vbi inter ceteras causas vires dejicientes ponit tristitiā, inquiēs. (tristitia vero & anxietas, & ira, & cura eo genere sunt nostræ, quo frequētes vigiliæ, quoniam vires resoluunt). Secundo ponimus, animi delectationem, & lētitiam, potissimum oritur ex transitu celeri ad naturalem statum, sicut contra dolor fit ex transitu repentinō ad statum præternaturam; ut fūsè explicabitur tract. de doloribus. His positis, ita videatur respondendum huic quæsito. Quia à vino fit celeris nutritio, & instauratio substantiæ, & spirituū, ut patet ex sepius dictis, fit ut animi oblectatio, & lētitia à vino proueniat. Confirmatur hæc responsio, quia non ob aliam rationem ieiuniū sumus aliquātulum tristes, & mestii, nisi quia tunc incipit fieri deselitus nostræ substatiæ; quæ igitur à cibo, & potu prouenit lētitia, ea ab instauratione, & refectione nostræ substantiæ, potissimum spirituum proficiscitur. quo fit ut bene quidam vulgo loqui soleat, à potu, & cibo sibi recreatos esse spiritus, spiritus sibi factos alacriores; Cū certe animus lētetur, & gaudeat, cum spirituose substantiæ celeris fit reparatio, quam potissimum vinum tribuit album, tenue, calidum, quod omnium celerrime nutrit. vnde colligitur cur vina nigra, crassa sint melancholica, quia tarde nutrunt in vinorum genere; Et quia similitudinem magnam habent cum nigra bile, in quam idcirco facile vertuntur.

Cur vina animo alacritatem trubuat.

Cur vina nigra sine melancholica.

*Ad in catarrhis  
sunt conuenientia  
marini potus.*

Colligitur q. in catarrhis sine febre incidente, vinum conuenire dilatum quidem, si etus materia sit aliquantulum tenuis, aeris, & biloſa; calidum vero, & tenue, si sit materia frigida, & crassa; pariter enim de catarrhis, & capitis doloribus determinandū est, ut patet manifeste in capitīs autem doloribus tum ex frigidis, tum etiam ex biliosis humoribus, vīni potus est exhibēdus, ut patet ex dictis. Adde in catarrsis, fieri ut plurimū fluxiones ad thoracem, & ad ventriculum à capite, ut fuscē docet Gal. 3. de sympr. cauf. q. 4. in affectībus autem thoracis valet vīnum dulce, ut dictum est q. 8. in affectībus vero & fluxionibus ad ventriculum, si calidæ sint, iuuat vīnum dilutum, si frigidæ & crassa superficitates mitiantur, conuenit vīnum meracius, & potētius. Et iuxta hanc distinctionem, quæ verissimam continet doctrinam intelligendus Gal. 1. ad Glau. c. 14. circa med. vbi in fluxionibus ad ventriculum, nunc vitetur vīno aqua frigida temperato, nunc vero vīno calido, tamen, quale est lesbium. Amplius in epilepsia, & in melancholia, quod idem pariter dicendum est de ceteris tum capitis, tum aliarum similitus affectībus partium, vīni potas exhibetur, ergo & alto magis in catarro, ut est apertum intelligenti, cui etiam constare poterit, quam indistinctè tum Agellenius, de quo Gal. cit. 2. de compos. med. loc. tum plurimi ex antiquis, & modernioribus medicis, tum in his, tum in alijs affectībus, de vīni potu loquātur. Sed contra traditas in hac quæstione doctrinas.

### Obiectio.

Obiecties vulgare argumentum. Vinum caput tentat, & est capiti noxiū, igitur non est exhibendum in prædictis affectībus.

### Responſio.

Responderetur ex dictis sēpius patere hoc argumētum valere de vīno meraciori, odoro, aeri, & plurimum epoto, non autem de vīno aquoso, diluto, inodoro, & modicum exhibito. quæ doctrina manifesta est ex 12. meth. med. c. 4. 3. de sat. viii. c. 41. 5. de loc. aff. c. 6. 7. aphor. 7. 3. de temp. cap. 2. & alibi.

QVAE-

**Q V A E S T I O D E C I M A S E P T I M A.**  
*An Podagrīcīs, q) Arthritīcīs conueniat vīni  
potus, q) quāle vīnum conueniat.*

**V**Arias in hac cōtrouersia opiniones attulimus tractēde aqua q. 7. art. 2. alij. n. in podagrīcīs, & arthritīcīs om̄inō aquā putant bibendā, vīnū prorsus fūgiēdūm. alij vīnū prohibēt per bienniū, alij vīnum putant vitandum tempore accessionis podagrīcē, cōcedunt vero tempore intermissionis. & nuper audiui, quosdam contendere, podagrīcīs debere aquam actū frigidissimā exhibeti, alij contra actū calidam; quid de aquā potu sentiendum sit, determinatum est loc. cit. eam nempē esse om̄inō fūgiendam, siuē frigida, siuē actū calida exhibeat, semper enim refrigerat, & incrassat humores, quāe res est noxia podagrīcīs; & calida actū ventriculum subuertit, vt constat experientia. De vīni igitur potu vt determinetur, sit

Conclusio. In podagra, & arthrite secundū se cōsiderata, seu ratione podagrā & arthritidis, siuē in podagrīca accessione, siuē tempore intermissionis, semper exhibendus est potus vīni, tenuis tamen substantiæ. Paradoxum hoc videbitur tum medicis, tum vulgāribus, & idiotis, qui om̄nes aperito ore loquuntur, astringentia, eo quod sint corroborantia, conuenire podagrīcīs, & consequenter prohibent non solū vīnum tenuē, quod sit aperiens, sed cibos etiam tenues, & laudant cibos crassæ substantiæ. id quod alienum esse à medicinæ veris regulis, mox patebit.

Probatur igitur conclusio 1. Ratione fundamētali desumpta ex causa fluxionis podagrīcē, & arthritidis. Podagra, & arthritis, vt demonstrauimus superiori tractatione de aqua q. 7. art. 2. prob. 3. conclusionis, pendet ab humoribus crassis; podagrā igitur & arthritidi vīctus ratio tum in cibis, tum

in potu conuenit, quæ humores gignat tenues, & crassos humores genitos attenuat. Sed hanc vim attenuandi humores, magnam habet vinum tenuum, ut patet ex demonstratis supra q. 4. & 5. cetera enim vina crassiora hac facultate non sunt praedita, potissimum quæ nigra sunt, & austera, ut constat ex dictis loc. cit. & q. 6. ergo in podagra, & arthritide maxime conueniens est potus vini tenuis.

2. *Probatio.*

Probatur 2. Alta ratione fundamentali defumpta ex debilitate articulorum. Potissima alia ratio arthritidis, & podagræ, est articulorum debilitas, quæ cum ab articulorum pendet frigiditate, cum laxitate. Sed vinum tenuum præterquam quod attenuat humores crassos podagræ, & arthritidis causam, calefacit, & roborat partes, ut patet ex dictis præcipue q. 4. ergo conuenientissimus est usus vini tenuis in podagris, & arthriticis.

3. *Probatio.*

Probatur 3. Vinum album tenuum, quia concoquit, urinas ciet, & sudores prouocat, ut ilissimum est etiam in febribus morbis, ut demonstratum est supra q. 1 s. in morbis enim omnibus concoctio humorum, eorumq; excretio per urinas, & sudores, est maxime laudabilis, ut satis constat, ergo multo conuenientior erit eius usus in podagra, & arthritide.

2. *Confirmat.*

Confirmatur 1. hæc ratio. Quia hac de causa in quartana febre, quæ pendet ab humore melancholico lento, & crasso, Galenus præcipit utendum esse vino albo, tenui, ac mediocriter calido, ut q. 1 s. dictum est, quia attenuat, & urinam ciet, & concoquit, pariter igitur vino utendum in podagra.

3. *Confirmat.*

Confirmatur 2. quia aduersarijs ipsis concedentibus, in podagricis diureticis est utendum; sed diureticum maxime familiare nostræ naturæ, est vinum album tenuum, ut patet ex dictis q. 4. ergo hoc maxime est utendum in podagra.

3. *Confirmat.*

Confirmatur 3. quia hac de causa in podagricis, quidam utiatur decocto anisi, vel cinnamomi, vel rosmarini, vel similis feminis, quia caput non tentant, nec grauant he potios, & urinam cident, & ventriculo minus nocent. sed vinum

albūm

albūm tenuē. siuē aquosum, siuē vinosum, modicē sumptum non tentat caput, ventriculum, & articulos roborat, & vrinam ciet, ergo vini albi tenuis moderatus usus podagricis est omnino proficuus.

Confirmatur 4. quia omnes fere podagrī vini potu de- 4. Cōfirmat.  
lectantur abundē, & excedēter tum naturæ ductu, tum con-  
suetudine, à quibus omnino desuescere, inutile esse, & no-  
xiūm, non solum in morbis longis, qualis est podagra, sed in  
acutis etiam, fusè demonstratum est ex Hyppocr. & Galeno  
supra q. 14. & 15.

Probatur 4. In doloribus capitīs sine febre incendente, in 4. Probatio.  
doloribus oculorum, & aliarum partium, si iij pendeat à fri-  
gidis potissimum humoribus, & à crasso sanguine (à quibus  
sanè pendet podagra) competit vini potus, vt ex professo  
probauiimus quæst. præcedenti, cuius doctrina est omnino  
attendenda; ergo multo magis in podagra, & arthritide  
vini-potus utilis erit censendus.

Confirmatur 1. quia dolores virtutem dissoluunt, vt patet experientia, & Galenus plurimis in locis testatur, præcipue in Hyppocr. de rat. viet. in acut. com. 3. in tex. 33. in fin. ver-  
bis, vbi ita inquit (scimus autem dolorem omnē vires exol-  
uere, euertere, atq; ob id partes infrigidare extremas,) & 12. meth. med. c. 1. circa princ. inquit (ledunt autē vires vigilię,  
dolor, & immodica euacuatio) & c. 7. etiam syncopē dolori,  
alijsq. causis succedere docet. Amplius dolor potissima est  
causa melancholiæ, seu mēroris, & tristitiæ, vt nisi amens, aut  
proteruus sis, puto concedes. sed vbi adsunt causæ deiicien-  
tes virtutem, vel si non adsint, saltē præcessere, etiam si ad-  
sit febris, sui natura vinum reiçies, vinum est concedēdum,  
quod celerrime nutriat, Item si adsit, vel adfuerit mēror, etiā  
in febre vinum lētificans, est exhibendum, vt latē ex Galeno  
docuimus q. præced. 15. & 16. ergo multo magis in podagri-  
cis doloribus actu infestantibus, ne dum intermittentibus,  
vinum album, tenuē, velociter nutriendis, & alacritatem  
tribuens, est exhibendum.

Confir-

1. Cōfirmat.  
Dolores vi-  
res exoluē,  
& tristitiā  
afferunt.

**a. Confirmat.**  
De vini potu  
in dolore ca-  
pitis , & po-  
dagrico ex  
ebrietate.

**Confirmatur 2.** quia Galenus 2. de compos. med. local.  
c. i. sect. cui titulus est, quæ Apollonius ad capitum dolorem  
ex ebrietate , & meri potu scripsit . capite dolenti ex vini  
potu post duos, vel tres dies vini permittit potum aquosum, ex  
aquosis vinis, quale est in Italia Sabinum, non igitur poda-  
gra laborantes debent, esto ex vini immodico potu in poda-  
gram inciderint, quod sanè contingit quibusdam, ad quos po-  
dagra non hereditario iure peruenit, vel per biennium, vel  
toto podagræ afflictionis tempore à vini potu abstinere,  
sed per dies paucos , quo usque plethorica à vino dispositio  
fuerit absumpta , potissimum si ipsorum ventriculus non be-  
ne se habeat ad aquæ potum, ut pariter de capitum dolore ex  
vini potu, Gal. docet in re medica veritatis magister, loc. cit.

**5. Probatio.** Probatur 5. manifestissima Galeni auctoritate, qui 5. de  
sanie. tunc c. 5. fusè docens vinum senibus conueniens, debe-  
re esse tenue, vel album, vel flavum, potissimum faustianum  
falernum, aut simile; quia tale vinum virinas ciet, & expurgat  
excrementum aquosum, subdit propè finem hæc verba (non  
vetem etiam ijs vinis, quæ melle condiantur, senes viri, maxi-  
mè quibus suspicio est calculi in renibus gignendi, aut po-  
dagræ alicuius, articularisue morbi. porro vinum huiuscemo-  
di compositioni aptissimum fuerit Sabinum, aut simile aliquod.  
conicxitur autem in id petroselinum, atq; id solum articula-  
ribus satisfaciat, ijs vero qui calculo laborant, etiam aliquid  
bettonicæ, & cestri, qui in Gallijs nascitur, est immiscendum)  
Ex quibus clarè patet Galeni sententia de vino exhibendo  
in podagra, & arthritide , sed

**Galenicæ  
authoritatis  
prima solu-  
tio.**

**Impugnatio  
solutionis.**

Dicit aliquis 1. Galenum hic non loqui de podagra actu  
affligente, sed imminentे . conclusio autem nostra loquitur  
de vsu vini siue actu existat, siue imminet podagra, vel in-  
termiserit. Sed contra, tum quia eadem sunt remedia curati-  
ua, & præseruativa morborū, ut satis constat medicis. si igi-  
tur contra futurum impetum podagræ valet vini potus, va-  
lebit etiam contra actualem podagræ invasioneum. Tum quia  
ratio,

ratio, propter quam valet vinum melle, & petroselino conditum, contra futurum podagræ impetum, est, quia ut constat legèti Galenum, hoc loco, huiusmodi vinum attenuat crassos humores, eosq; per tenes, & vesicam purgat, sed crassi, & viscosi humores adhuc sunt, cum actu podagra affligit, ij igitur attenuandi sunt uino tenui, quale est tum conditum uinum ex Galeno descriptum, tum lesbium, quod putandum est esse id, quod Græcum apud nos dicitur, uel aliud simile.

Dicer aliquis 2. Galenum hoc loco laudare uinum conditum artificio descripto, non uinum naturale, de quo loquitur conclusio nostra. Sed contra. Tum quia uinum cōditum laudat, scilicet Sabinum cum melle, & petroselino, quando non est copia uini falerni, uel lesbij, quod est ualde calidum, & tenue, caliditatem autem recipit sua natura sabinum uinum tenue quidem, sed aquosum, addita mellis, & petroselini admixtione. Tum quia eiusmodi uinum conditum ideo laudatur à Galeno, quia attenuat, & satis calefacit, sed huius facultatis sunt alia uina naturalia, non cōdita, ut falernum, lesbium, ergo huiuscmodi uina etiam conueniunt.

Dicit 3. aliquis. Galenus hic loquitur de podagra in corpore senili, & in temperamento frigido, non de omni podagra in quolibet corpore, etiam iuuenili, & in temperamento calido, ut loquitur cōclusio, quæ est uniuersafissima. Sed contra, quia in omni corpore, & ætate, & in quolibet temperamento podagra prouenit ex succis crassis, quocirca semper illi conuenit potus attenuans, quamobrem semper utendum putant alii Doctores diureticis in podagra, sed uinum tenue semper attenuat, & est diureticum maximè familiare nostræ naturæ, ergo eo semper utendum in podagra, & arthritide: licet non sit negandum in calida ætate, & complexione, & anni tempore calido utendum esse uino tenui, aquoso, & diluto; in contrarijs vero casibus, scilicet in ætate frigida, complexione frigida, & anni tempore frigido, &c. bibendum esse uinum tenue, calidum idest potens, & uinosum, & acre, iuxta

Galenicas  
authoritatis  
secunda se-  
cilio, & im-  
Pugnacio.

Galenicas  
authoritatis  
tertia solu-  
tio, & impe-  
gnatio.

juxta ea, quæ demonstrata sunt sœpius, potissimum quæst. 4.  
ante fin. & q. 9. art. 2. conclus. 2. prob. 4. in corollar. quæ sunt  
diligenter attendenda.

**e. Probatio.** Probatur 6. conclusio in morbis diuturnis, podagricis, &  
arthriticis conuenit ratio victus attenuans, & incidens crassos,  
& viscosos humores, ergo eisdem conuenit potus vini al-  
bi, & tenuis. Consequentia est manifesta ex dictis q. 4. vbi  
vinum tenue attenuare, & incidere docuimus crassos humo-  
res, ex Galeno, qui lib. de attenuante victus ratione cap. 12.  
„ sic clarissime loquitur (quæ vero crassa simul süt, & nigra,  
„ & dulcia, crasso sanguine venas referciunt; at alba simul,  
„ & tenuia humores crassos incident, & sanguinem per re-  
„ nes purgant.) Antecedens probatur tum ratione, quia  
morbii diuturni, & podagrī pendent ab humoribus crassis,  
ut demonstrauimus tract. de aqua. quibus humoribus com-  
petit ratio victus attenuans, medicamenta item attenuantia  
conueniunt. Tum auctoritate, & experientia, quam testatur  
Galenus lib. de attenuante victus ratione cap. 1. ita inquiēs  
„ (Cum victus ratio attenuans plerisque diuturnis morbis  
„ adeo conferat, ut sola ea, sine alio medicamento sublati  
„ sçpè fuerint, opere pretium fuerit aliquid de ea distinctius  
„ perscribere. Sunt enim quos præstiterit sola victus ratione,  
„ sine medicamentis persanare.) Vidi equidem non paucas  
„ arthritidas, quæ iam articulorum ossa nudarant, alias qui-  
„ dem hac victus ratione in totum persanatas, alias mitiores  
„ fuisse redditas.) Hanc eandem doctrinam hoc loco diser-  
tissime, & clarissime à Galeno expressam, vt constat liquido,  
repetit idem Gal. 6. de sanit. tuer. c. i. 1. vbi eandem victus  
rationem tenuem, & eadem remedia attenuantia, & calefa-  
cientia conuenire docet tum calculo renum, tum arthritide  
laborantibus, inspecta tamen causa tum calculi, tum arthri-  
tidis, quæ in utroq; morbo est materia crassa, & glutinosa,  
quæ in tophos tempore commutantur; & nisi obstat gracili-  
tas corporis, cuius ratione victus attenuas in prædictis mor-  
bis

bis nō esset proficuus, vt clare patet per legēti totum caput.  
 „ vbi in med. sic inquit: (at si obesus sit, quem calculus infe-  
 „ stat, audacter huic tenuem videtur iniungito. Eadem & ijs,  
 „ qui articulorum vitijs laborant, conuenire præcepta cen-  
 „ scibis, quippe ipsi quoq; medicamentis arthriticis, podagri-  
 „ cisiq; ebibitis, si carnosí, & crassi, & pinguis sunt, nullum  
 „ sentiunt incommodum, si graciles non modo totum cor-  
 „ pus, sed etiam pedes ipos, interim vero, & manus, si hæ-  
 „ quoq; prius male habebant, ita grauiissimum statū siccari-  
 „ do perducunt. Scire tamen licet podagrīa hæc antitoda  
 „ multum à nephriticis distare, nō in eo modo, quod crassos  
 „ glutinososq; succos attenuent, verum etiam quod calefa-  
 „ ciant, & siccent, nam calculosis quæ valdè calefaciunt,  
 „ dari nullo modo conuenit, &c.)

Ex his colligitur 1. vulgaris quidam error, dum exhibent cibos crassiores in podagricis, & arthriticis, cuiusmodi sunt pedes vituli, & similes, quos laudari pluries à medicis Neapolii audiui in articulorum vitijs, eò quod succum gignant crassorem, ineptum, vt ipsi putant, qui fluat ad articulos pedum, manuum, aliarumq; partium, qua in re maximè falluntur; crassities enim humorum fluxionem inhibet ad partes angustas, & astrictas, non ad articulos natura laxos, ad quos propter laxitatē natura superflua, & crassa mittit excremen- ta. quæ etiam idcirco quod crassa sunt, difficiliter & concoquuntur, & attenuantur tardius, & longiori tempore vt resoluantur indigent; cibi igitur, & edulia attenuantia, calida scilicet, & sicca, tenuisq; substantiaz, vt Galenus docet toto lib. de attenuante dicta, conuenient podagricis, & arthriticis, & calculosis, nisi certè hi sint natura valdè graciles, quos amplius efficcare, & calefacere, noxium est, vt Galenus experientia comprobat, & ratione, loco cit. & omnino legendo, ac memoria tenendo 6. dc sanit. tuenda c. 11.

Colligitur 2. alijs error prædicto finitimus, illorum, qui podagricis vinum quidem concedunt, sed crassioris substanz-

Vitæ,

<sup>1.</sup> Corollar.  
An pedes vi-  
tuli, & simi-  
les cibi con-  
ueniant ita  
podagricis.

<sup>2.</sup> Corollar.

**Aer** vindex erat  
**ta**, nigrum, vel rubeum, austерum, astringēs, quale est, quod  
**sa**, nigra, ru-  
**bea**, & it ex  
**vnu**. podagr-  
**eis..**

tiae, nigrum, vel rubeum, austерum, astringēs, quale est, quod  
 amarenis maceratis, & contractis conditur, & conficitur;  
 quod astringendo fluxionem podagricam, & articularem.  
 inhibeat, qua in re manifeste decipiuntur. astringentia enim  
 hæc nequeunt prohibere humorum fluxionem ad articulos  
 laxos, ut dictum est, & humorum siue fluxorum, siue fluentiis  
 augent crassitatem, quorum consequenter prohibent resolu-  
 tionem, quò fit ut podagricos dolores & augeant, & diuturni-  
 mores reddant, cuius contrarium fit à vino tenui, quod per  
 viinas aqueum excrementum purgat, humores attenuat, flu-  
 dores promouet, & resolutionē superfluitatum maximè hac  
 ratione adiuuat. tenui igitur vino vtendur in podagricis, &  
 arthriticis, nisi quid prohibeat, v. g. consuetudo, gracilis-  
 magna corporis, aut aliud simile, de quibus dictum est. Suptas  
 q. i 3. quod non obstat nostræ conclusioni, quæ idquitur de  
 vini potu inspecta podagra, & arthritide secundum se, non  
 inspecta consuetudine, cōplexione, etate, & similibus, prop-  
 ter quantum videtur & ciborum ratio, cum potionis, est variè  
 determinanda, ut patet cit. q. i 3. & q. i 5.

3: **Corollar.**  
**An** in poda-  
 gra, & ar-  
 thritide cō-  
 petat syrups,  
 & medica-  
 menta, ad-  
 astringentia.

Colligitur 3: alias error valde vulgaris, & communis, in  
 hac Patria Neapolis, & alibi, cum in medicis, siue in prepara-  
 dis humoribus euacuandis, siue in euacuādis podagricis per  
 medicamentum purgans, vtuntur materijs astringentibus in  
 preparatione quidem syrups de portulacea, mirtino, de suc-  
 co acetoso, de succo cidoniorum, & similibus, in expurgatio-  
 ne vero syrupo ex rosis, rubeis admixto cum syrupo rosato  
 solutiō, seu de rosis damascenis, quas etiam persicas rosas  
 vocant. Cum ex Galeno cit. 6: de sanit. tueric. I. II. calculosis,  
 & podagricis, & arthriticis eadem conueniant præcepta, &  
 medicamenta attenuantia crassos succos, que etiam calidio-  
 ra, & valentiora debet esse in podagricis, & arthriticis quam  
 in calculosis: eiusmodi autem non sunt syrups, & medica-  
 menta astringentia, quæ frigida sunt, & obstrūctiæ, & succos  
 reddentia frigidiores, crassioresq; rationabilius igitur ve-  
 duntur.

dura erit syrups aperientibus ver. gr. ex decoctione capillorum ueneris, radicis apij, scenici, petroselini, asparagi, & similium simplicium attenuantium, & urinam carentem; hæc enim tum attenuat, tum per urinas purgant paulatim crassos humores, quod utilissimum pariter est calculosis, & articularibus, ut dictum est. Item cutius, & rationabilius expurgantur podagrī aperientibus tantum medicinis, & crudenteribus crassos succos; tale censetur potius mel solatum soluum, quam syrups rosatus solutus factus ex zucaro; eiusmodi etiam sunt pilule aggregatiæ, & similia medicamenta, missis adstringentium mixtionibus. quantum est ex ea indicationis sumenda à podagra.

Colligitur 4. quantum aberrent ij, qui contrariam, & diversam putant esse curationem calculi, seu lapidis renum, & vesicæ, & podagri arthrititisque, huius quidem per astrigentia, illius uero per aperientia, in qua opinione eamquam uerissima firmiter hærent serè omnes, quos nouerim, medicit è quorum numero & ipse extiri, cum ab aliortu penderem præxi, aliorumq; starem, ut mos est tironum, nudis dictis, nudaq; auctoritatib; vt mos est eorum, qui se maiores faciunt; Contra quos liceat vti Galeni sententia in lib. de salubri dieta in eext. 20. in med. ad alium tam finem, expressa his, verbis. (Verum quod frequenter in sodalium meorum, & amicorum ceterorum congressibus dico, non tacebo in praesenti. Non parum esse istorum delictum, quod rationalē sciam uenit, qui ea que distant, pronunciant tamquam edicta regia, omessa eorum ratione.) Etenim attentatione verissima Galeni loc. cit. probat. 6. cum in utroque morbo adsinet humores crassi, in utroq; eadem debent esse præceps curativa, nempe attenuandi, & incidiendi humores, & illud solam docer esse Galenus discrimen, quod calculosis non debent admodum calefacentia & esificantia administrari, sicuti podagrī; cuius rei ratio censenda est renum magna caliditas nalculi causa, que seditur ab admodum

4. Gerol. An fit eadem idicatio curativa in podagrī; & calculosis,

Cur calidiora medicamenta coperiat podagrī; quia calculos.

calefacientibus, à quibus contra iunctur frigiditas iestaturum.

**Corollaria.** Colligitur s. Rationem, propterquam dñites, & nobiles frequenter quam pauperes, & rustici podagra infestentur, non esse eam, quam non raro audiui. quia dñites utuntur cibis delicioribus, ex quibus succi gignuntur tenuiores, apertiores, ad fluendum in articulos pedura, & aliarum partium, pauperes vero, & rustici è conuerso utuntur eis crassioribus, vnde crassiores humores orti, non facile ad pedum articulos labuntur. Falsissima enim est hæc ratio: & huic contraria est verissima. Rusticos scilicet, & pauperes, licet non vestires, & rurificiatur cibis eleuis, crassis tamen excrementis, & succis minus minus per infestari. scatere quam nobiles, & dñites, & idcirco minus podagra infestari. Cum enim copiosiori ciborum dñites utatur, & in ore degant, copiosiores aggregant succos, & magis crudos, & crassos, vt satis patet, & Galenus docet tum alibi, tum i. meth. med. c. i. 5. vbi circa med. inquit de diuitibus, hec verba sunt: (tametsi magis quam pauperes redundanter sanguinis affectibus sunt obiecti, vt qui magis tum cibis se impleant, tum in ocio uiuat) & paulo post subdit (at diuites, qui & sanguinis copiam, & exrementorum plusquam pauperes, & servi habent.) Adde pauperes, & rusticos frequentissime in cibis uti cœpis, allio, nasturtio, porro, sinapi, origano, calamintie, pulegio, fimbrio, satureja, thymo, cumino, eruci, apio, petroselino, rapano, brassica, beta, & similibus, que Galeno docente lib. de attenuante uictus ratione cap. 2. & probante ex aeris tam sapore tum odore, sunt succos productentia tenues, & crassos attenuatia. Ut ex his clare patet, contra vulgarem opinionem, prædicta edulia podagrīcis admodum conferte, & arthriticis alijsq. affectibus ex crassis succis pendentibus, inter quæ etiā cōnumerat Gal. loc. cit. c. i. epilepsia, dispneam, lienis tumores, hepatis scirrhum, phymata, furunculos & similia, ad quæ curanda huiusmodi edulia acris sunt ualde accommodata, & maxime utilia. Noxia autem sunt, malua, bli-

Cur pauperes, & rusticis  
minus per infestari.  
quam nobiles, & dñites,  
infestari. Cum enim copiosiori  
ciborum dñites utatur, &  
in ore degant, copiosiores  
aggregant succos, & magis  
crudos, & crassos, vt  
satis patet, & Galenus docet  
tum alibi, tum i. meth. med. c. i. 5. vbi circa  
med. inquit de diuitibus, hec  
verba sunt: (tametsi magis quam  
pauperes redundanter  
sanguinis affectibus  
sunt obiecti, vt qui  
magis tum cibis se  
impleant, tum in  
ocio uiuat) & paulo  
post subdit (at  
diuites, qui & sanguinis  
copiam, & exrementorum  
plusquam pauperes, &  
servi habent.)

As coepit  
porri, allia  
& similia  
conferat po-  
dagrīcis, &  
arthriticis.

nionem, prædicta edulia podagrīcis admodum conferte, & arthriticis alijsq. affectibus ex crassis succis pendentibus, inter quæ etiā cōnumerat Gal. loc. cit. c. i. epilepsia, dispneam, lienis tumores, hepatis scirrhum, phymata, furunculos & similia, ad quæ curanda huiusmodi edulia acris sunt ualde accommodata, & maxime utilia. Noxia autem sunt, malua, bli-

tum, triplex, cucurbita, citrulli, melones, melopepones, pruna, pyra, & cetera quæ humida sunt, & frigida, ac pituitosa, ut constat ex Gal. cit. c. 2. Sed contra traditas doctrinas

Obijctus 1. præcipuum nostræ opinionis fundamentum est, in vino concedendo podagricis, & arthriticis, quod hi affectus pendeant ex crassis succis, quibus ex vsu est vinum tenui; sed datur podagra ex humoribus tenuibus, quæ cito terminatur, ut patet ex Galeno 6. aphor. 49. vbi ita inquit. (nam) discutitur oportet id, quod ad pedes fluxerit, siquidem tenuiorem habuerit substantiam, tempore breuiore; si vero crassam, vel tenacem longiore ergo non est universaliter verum nostræ sententiae fundamentum.

Respondeatur hoc loco Galenum non significare quādoq; podagrā fieri ab humoribus tenuibus, & allata verba significare pedum, & podagrī substantiam quandoq; esse tenuē, quandoq; vero crassam, vnde oritur vt id, quod ad pedes influit, quandoq; breuiore, aliquando longiore spatio discutitur, & evaporet. Atq; hæc est verissima, & germana Galeni sententia loc. cit. quod demonstratur ex immediate sequentibus verbis his (longius adhuc tēpis requireret, si simul crassa, ac que renax illud quod destuxit, existit) quibus clare ostenditur, in antecedentibus verbis non loqui Galenum de humoribus, sed de ligamentis, chordis, seu tendonibus, & seruis, qui circumiacent articulis; hoc igitur loco nostrum confirmatur fundamentum; cum materiali podagræ ex inflammatione, de qua ibi est sermo, Galenus determinet esse crassam, vel amplius tenacem, ut patet ex verbis allatis. Quamquam non est negandum, in crassitate, & tenacitate dari magis, & minus pro ratione admixta, vel pituita, vel bilis, quod fuisse Galenus docet 1 o. de compos. pharmac. secun. loc. c. 2. init. vbi de ischiade, podagra, & arthritide, ita inquit (aliquando quidem igitur irruens humor sanguineus est, ut plurimū pituitosus, aut ex pituitoso & bilioso mixtus, aut etiam sanguine cum ipsis permixto) & plura subdit de pituitosi humo-

1. Obiectio.

Responsio.  
Cur quādā  
podagrā bre-  
uiore, quādā  
longiore spa-  
tio termina-  
tur.

sis magna cruditate crassitatem, tenacitatem, viscositatem. Vnde patet semper ex crasso humore, potissimum pituitoso, numquam ex solo humore tenui, puta bile, gigni podagram per Gal. vt patet etiam non solum ex locis allatis nostra tract. de Aqua, sed ex his quæ dicta sunt hac quæst. prob. 5. & 6.

q 7. artic. 2. ex Galeno 5. de sanitate tuen. cap. 5. de attenuant. uict. rat. prob. 3. con. clusiones.

An si decur podagra ex  
bile flava, seu alium articularem affectum. quod cer-  
te non implicat; si non adsit febris; vini aquosi & diluti con-  
ueniet potus, qualis conuenit in dolore capitis ex biliosis hu-  
moribus, vt dictum est superiori quæstione cõclus. 3. ob eas-  
dem omnia rationes ibidem allatas. Si vero adsit febris, id est  
vini potus competit, inspecta febris mediocritate, anni tem-  
pore, complexione, ætate, consuetudine, &c. vt fusè determi-  
nauimus quæstione 1. 5. ad quem locum reourras.

2. Obiectio. Obiecties 2. Galenus 10. de compos. pharm. secun. loc. c. 3.  
init. docens curationem podagraru[m], & arthriticarum  
affectionum, ita inquit. (influentibus adhuc ipsis, scopum  
afferendorum auxiliorum communis rationi influentium hu-  
morū subjicere oportet, ita ut repellamus, ac restringamus;  
vbi vero amplius non influire, ut discutiamus iam illapsos)  
igitur non semper ex ipso Galeno uendum est attenuanti-  
bus, & discutientibus, sed quædoq; restringentibus, unde cor-  
rupta supra tradita doctrina potissimum prob. 6. & coroll. 1. 2. 3.

Confirmatio. Confirmatur quia in podagrīs, & arthriticis adest laxi-  
tas iuncturarum, siue naturalis ex parentibus orta; siue ascen-  
sitia propter usum veneris, vel similem causam; ergo ratione  
laxitatis conuenit podagrīs, & arthriticis usus astringen-  
tium, & corroborantium.

Responso. Responderur auxilia podagrīa, & arthritica esse duplice  
generis, quædam sunt extrinseca, & localia, quæ scilicet parti,  
seu loco affecto applicantur, vel ad dolorem leuandum,  
vel ad tumorem minuendum, siue perunctiones, siue per ca-  
pplasmata, siue per emplastra, & cerata, vel alio modo, &  
de

de his loquitur Galenus, ut patet, & verissime. in principio scilicet fluxionis podagræ debere esse repellentia, & restringentia; vbi vero fuerit fluxus humor, debere esse discutientia; qua in re notanda omnino est regula à Galeno. omnino legendo tradita loc. cit. r. de compos. med. local. c. 2. circa princ. Alia auxilia podagræ, & arthritica sunt intrinseca: quæ per os assumuntur, & ebibuntur, & hæc ratione podagræ, & arthritidis nullatenus debent esse astringentia, sed attenuantia, & incidentia, ut constat ex demonstratista hac quæstione, potissimum locis in obiectione allatis. Et ratio disparitatis est, quam innuimus etiam nostra tract. de Aqua q. 7. art. 2. in responsione ad 5. obiect. quia adstringentia, & refrigerantia extrinsecus apposita incipienti fluxioni sive podagræ, sive alterius partis, & iuncture, partem adstringendo, & humorē reprimendo ne influat, impediunt incrementum fluxionis, id quod ex usu est, ut patet. at hæc intro assumpta adstringentia seu medicamenta, seu syrapi, seu porus, & cibus, humores densant, & intrassant siue fluentes, siue fluxos, qui idcirco etiam ad excretionum vias minus tendunt, & consequenter magis rerinentur, magisque acerbitatur, vnde etiam non solum difficultior solutus fit fluxio, sed etiam copiosior ad articulos, quod maior copia crassorum humorum redundet in corpore, ut manifesta etiam patet experientia in his, qui longioribus febribus aut ægrotant, aut actu adhuc ægrotant, in quibus humorum crassorum pro incremente copia, pedes primum, tum tibiæ, postmodum crura tumescunt, quoique & venter totus repleatur, & distendatur, & homo tandem suffocetur.

Ad confirmationem respondetur, ex ea deduci soluti<sup>ti</sup> co-  
tenuire podagricis, & arthriticis extrinsecus corroborantia,  
& astringentia partium articulos, initio fluentis humoris,  
iuxta Galeni doctrina r. de compos. med. local. c. 2. circa  
princ. quod non negamus, non autem probate, intrinsecus  
assumenda debere esse astringentia, & intrassantia, ut mox  
probatum est.

Quando in  
podagra co-  
veniant me-  
dicamenta lo-  
calia repel-  
lentia, & a-  
stringentia.

Constitu-  
tionis solu-  
tio.

Obij.

**Obiectio.** Obiectio 3. podagra, saltem quæ calida dici solet, pendet ab inflammatione, ut constat ex Hippocr. 6. aphor. 49. ibidemque Galeno, ergo in hac podagra, ut Galenus habet his verbis (intentio sanationis communis est omnibus inflammationibus) sed in inflammationibus viscerum vinum est inhibendum, ut Galenus docet 1. ad. Glauco. c. 14. Scopius cit. pariter prohibetur vinum in inflammationibus externis, ut patet ex Gal. 1. ad. Glauc. c. 3. vbi ita inquit (qui vero ex bubonibus febricitant, arcendi sunt à vini potu, donec bубоines soluantur) & tandem vniuersaliter idem Gal. 8. de compos. med. local. c. 7. post princ. sic inquit (vinum conuenientissimum est citra inflammationem, aut erisipelas, aut abscessum, aut calidam intemperaturam ægrotantibus) ergo etiam in podagra ab inflammatione inhibendus est vini potus.

**Responso.**

Respondetur inflammationem duplicem debere distinguiri, aliam immoderatiorem, quæ scilicet calidior est, in abscessum terminari solet, & febrem accedit; aliam moderatorem, quæ nec ita est calida, nec febris est causa, nec in�us vertitur, nec in abscessum transit, sed vaporis modo evanescatur; qua ratione finiri podagræ inflammationem, & docet experientia, & testatur Galenus 6. aphor. in aphor. 49. his verbis (qui in dearticulationibus humores insunt, perlamenta ipsas amplexantia oportet per modū vaporis evanescari) hac posita distinctione verissima. Dicendum est Galennum prohibentem vinum in inflammationibus, intelligendum esse de inflammationibus immoderatis, calidis scilicet cum febre, & quæ degenerare valeant in abscessum, ut satis

An. & quando in inflammationibus conueniat vi-  
ni potus.

constat ex cit. locis in obiect. allatis. Vinum enim ut poterit calidum natura, inflammatae particulæ, & febris calorem vel auget, vel fouet, quod est euitadum, nisi aliqua urgeat ratio uel uirium, uel consuetudinis, &c. ut fusè dictum est supra q. 15. Non autem est loquutus Galenus de inflammationibus moderatis, quæ non sunt satis calidæ, nec febrem afferrunt, nec in pus transiunt, quales sunt podagræ inflammations,

tiones, & arthriticæ, quæ quia pendent ex crasso sanguine, indigent vino tenui, & aquoso attenuante, & faciliores aptioresque reddente humores, ut vaporis modo possint dissiputi; sicuti etiam in febribus ipsis quartanis, & similibus, propter humoris crassitudinem vini potus competit, vt determinatum est quæst. 15. Atque hæc responsio est ex professore Galeni 7. de compos. pharmac. secun. loc. cap. 1. ante finem; vbi curationem tradens inflammationis summarum partium asperæ arteriæ, post multa sic inquit ( hæc igitur in inflammatis affectionibus iuxta arteriam, eiusque summum commoda in principio sunt, donec inflammatione moderata fiat: & præ omnibus à vini potu hoc tempore abstinentur: Cum vero moderationer facta est inflammatione vinum dulce theræum, aut scybellite bibere licet, aut ex nostra Asia Caryinum, & deinde Therinum appellatum, deinde etiam dulce molite. ) Ex quibus liquido constat in moderata inflammatione interna asperæ arteriæ circa summas partes, conuenire vini potum dulcis, quod adiuuat expurgationem ex thorace, vt patet ex dictis supra quæst. 8. ergo multo magis conueniet vinum, quale dictum est, in inflammatione podagræ, quæ est in parte extrinseca, & frigida, & ex humore, & sanguine crassiore, & consequenter non immoderately calido, vel incendente.

Obijcies quarto. Vinum caput replet, sed à capite re- + Obiectio plerò fluunt excrementa ad subiectas partes, inter quas sunt articuli, seu iuncturæ; igitur in podagricis, & arthriticis passionibus est inutile, immo infestum vinum.

Respondeatur hoc esse præcipuum aduersariorum fundamentum, & fere vnicum, neque enim ipsi allatas, & solutas afferunt difficultates. quod tamen facillimè diluitur. Esto enim verum sit, à capite ad articulos mitti, & fluere humores superfluos; qua de re plura à nobis dicenda sunt tractatione de doloribus, tamen à vino caput repletur, &

Responsio

q. pen. de ar-  
ticulorum  
doloribus.

infestatur, non semper, sed cum copiosè satis, ieiuno stomacho, & meracius assumitur, ut patet ex dictis, præcipue quæst. precedenti in fine ad obiect. & quæst. 14. conclus. 1. & 2. non igitur in quantitate moderata, & sufficienti, & vna cum cibis, vinum aquosum, & dilutum, cum calidiores sunt humores; meracius vero, sed semper tenue, cum succi non solum sunt crassi, sed frigidiores etiam, debet inhiberi in podagricis, & arthriticis;

Firmum igitur maneat, debere vinum exhiberi podagricis, & arthriticis secundum se consideraris; quod enim prohibeatur quandoque vinum vel ratione plethoræ, seu plenitudinis, aut multitudinis sanguinis; vel ratione febris incidentis, vel ratione consuetudinis, &c. id nostram non euerit conclusionem.

Atque hæc satis esse possunt de vini potu in podagricis, & arthriticis, quibus etiam qualis debeat exhiberi cibus, & qualia debeant administrari medicamenta cum localia, cum purgantia, ratiocinationis consequentia intruimus.

**Consilium pro curâ & præcauenda podagra.** Illud etiam non prætereundum videtur. Optimum consilium esse pro præcauenda, & curanda podagra, quod ex Galeno clarissime colligitur 6. aphor. 28. Ut scilicet corpus vacans superfluitatibus existat. Fit autem vacans superfluitatibus ex Galen. cit. (si mediocris virtutur exercitio, & homo bene eibun concixerit, vnde & desidiae, & crapulae eis nocent; nocent etiam naulta, & potentia vinabibita præcipue cum aliquis ieiunus ea potauerit; hæc enim nervosam substantiam promptè percutiunt, sicut & coitus.)

Præter hæc ex Galeno, quia vix hominem non delinquentem in his, quæ pertinent ad rationem virtutis, reperjas. ad hoc ut homo superfluitatibus vacuus existat, optimum est remedium, à me in me ipso primum, tum in psurimis, quos amore prosequor, iam annis elapsis quatuor, assidue vnu expertum, quod ex aloë rosato conficitur, & descriptum.

scriptum est ab Arnaldo de Villanova (viro in scientijs pluribus excellenti, verum in praxi medica tanti neminis, ut inter Gallos, & Hispanos fuerit, & adhuc sit dissensio, illis Gallum Arnaldum fuisse afferentibus. his Hispanum Arnaldum contendentibus) libello quem scriptis ad Robertum Hyerusalem, & Siciliæ Regem, de cœnservanda iugente, & retardanda senectute, cap. 3. sermone de aloë rosa-to, de quo ita loquitur (Non est ei par in conserendo capiti, morbis oculorum, & articulorum intus; Et acceptio eius est indifferens, & imperceptibilis est operatio eius, educens quemicumque trium humorum, non potest nocu-mentum facere, & ipsius assiduatio non permittit exigitu-dinem in corpore sanabili nutu Dei.) Quæ oinnia verissima esse, quisque ritè vtens, poterit experiri, vt ego expertus sum in plurimis; Et testor Dcūm, me nil utilius inuenisse pro delicateis complexionibus, & labilem sanitatem ha-bentibus, quibus medicamenta valentiora non sunt ex vsu. Et primū Deo, tum huic remedio Domini Arnaldi accep-tam fero, qua nunc fruor, valetudinem, qua & corporis, & ingenij vires moderatas exercere valeo; Cum ante illius usum, & decolor essem, & cibos non appeterem, nec am-bulare per stadium, nec scribere decem versus, nec studio vacare valerem, adeoque ad omnia essem ineptus, & de-bilis, vt iam me morbisifica, ac præpropera senectute con-fectum omnino inspicarem, maxima cum animi mei, & con-iunctorum molestia, cui præsto fuit summus rerum opifex hoc patefacto auxilio; ex diuina prouidentia Domini Ar-naldi scriptis in manus peruenientibus, eoque remedio pri-mū lecto, tum in examen vocato, & cognito, tandem, in me ipso primum obseruato maxima cum utilitate, deinde in alijs, & podagricis, & arthriticis, & vertiginosis, & cibum vomentibus, & non appetentibus, & per respiratio-nem male olentibus, & melancholicis, & in capitibz dol-

Arnaldi pra-  
dicti pro at-  
ticulorum  
morbis ad.  
Regem Ro-  
bertum teri-  
pam.

re, & grauitate, & in innumeris alijs affectibus, vt in sum-  
bricorum generatione, in alio skeptica, & tandem in om-  
ni exigitudine ex humorum paulatim congerie, quam pau-  
latim, & fere insensibiliter absunt, si non sit omnino in-  
curabilis, & rosati aloes recta sit administratio. Ut proin-  
de in prauitatis, & ineptie crimen me incidere putarem,  
nisi à Regio Medico Domino Arnaldo inuentum præf-  
dium, & ad Regem dignissimum Robertum scriptum, at-  
que à me maxime experium, tibi Serenissimo, Illustrissimo,  
ac Reuerendissimo Principi proponerem, & laudibus iustis  
celebrarem, ac præfens opus illius assertione illustrarem.  
Quod si quis contra sentiat, qui mos est medicorum, vt in  
huius tractationis tibi dedicata epistola ex Hyppocrate  
retuli. Vel quod, vt censuit Melue, aloes aperiat orificia  
venarum hemorrhoidarum. Vel quod usus immodeicus  
aloes tabem inferat, vt idcirco non videatur utilis pro san-  
tatis regimine, vt patavit Cardanus; vel alia ratione uta-  
tur; Is non statim se conclusse putet, sed meas audiat ha-  
rum, & similium obiectionum faciles solutiones, vel sta-  
tim ac illas mihi scribendo obierit; vel si scribere graue-  
tur, in tractatione de medicamentis purgantibus, typis  
Deo dante, & Illustrissimo ac Reuerendissimo Domino, ex-  
primenda; in qua tum de hoc, tum de alijs medicamentis  
scrivo erit opportunus; haec enim de vino est tractatio, qua  
duabus sequentibus questionibus absoluetur.

QVAE-

## Q V A E S T I O D E C I M A O C T A V A.

*De potu vini in vulneribus, &  
ulceribus.*

**Q**uod viderim Chirurgos in curandis his affectionibus, admodum seueros, & omnino abstemios suos ægros esse præcipientes, fere per edictum Regium, impulit ut seorsim aliqua hac de re scriberem, quæ valde pendent ex dictis superiori quæst. in resp. ad 3. obiect.

**C**onclusio. In vulneribus, & ulceribus secundum se **C**onclusio conuenit vini potus, inhibendus est autem, quando annexa est inflammatio, vel futuræ est timor inflammationis, vel alterius similis indispositionis.

Est expressa Galeni 4. meth. med. cap. 7. ante med. vbi **i. Probatio 5** docens in ulceribus esse assuntenda astringentia, ut balauftium, terram famiam, sigillum lemnium, acaciam, & similia ex aliquo astringente succo, vel austero vino, subdit hæc verba. (non latet autem de vini usu, quod cauendum id est, vbi phlegmones suspicio adest, alias dari nisi vetat.) Atque ex hoc Galeni loco colligitur etiam vinum austrum, & astringens conuenire vulnere, seu ulcere affecto.

Probarur conclusio 2. Vulnera, & ulceræ, utpote morbi int soluta viritate, vniione indigent, quæ sic per optimæ carnis generationem, & adnascentem in vulneris, & ulceris spatijs vacuis; sed vinum optime nutrit, & digerit, & inter potus minimè omnium excrements humida aggregat, quam ob causam siccum vinum esse facultate diximus in superioribus, ergo vinum maxime conuenit in vulneribus, & ulceribus; nisi obstat inflammatio eiusmodi, de qua

Vinum autem  
sterū est ut  
le in vulne-  
ribus.

**2. Probatio 3**

qua dictum est supra loc. citat, quam auget vini potus, & à qua impeditur vulneris, & vlceris curatio.

1. Cōfirmat. Confirmatur 1. quia ut mox innuimus ex Galeno vinum austrum, quod maximè competit vulneribus, & vlceribus astringendi vi, & vniendi pollet, quod maximè confert vulneribus, & vlceribus.

2. Cōfirmat. Confirmatur 2. quia ob has easdem ferè rationes vulnera, & vlcera abluntur vino aliquo astringente, vel marina aqua admixto, vel sale addito, sive lana, vel spongia huiusmodi vino madefactis, vel infusis, imponendis in ruptis abscessibus, cum scilicet non adest, nec pertinet inflammatio, ut idem Galenus docet expressè 2, ad Glauc. c. 2, circa princip. vbi loquitur de curanda inflammatione iam secta, & pure euacuato. quod idem docuit 3. meth. med. cap. + circa med. vbi inter alia sic inquit (vixum igitur omnis vlceris, qua vlcus est, optimum est medicamentum) & 4. meth. cap. 2, init. vlcus humidum aut vino, aut posca, aut decocto alicuius austri herbae lavandum admonet, atque adhæc loca, & ad hanc doctrinam se reuocat Galenus in Hyppocr. de fracturis comm. 3. in tex. 3. in quo laudat Hyppocrates eos, qui plagas in fracturis vino madefactas, aut lanas succidas alligant. ergo pariter vini potus conueniens est in vulneribus, & vlceribus,

Obiectio,

Obiectio quia Galenus 2. de compos. pharmac. secund, loc. cap. 1. sect. cui titulus est; Ad dolorem capitum ex plaga, aut casu, Apollonij. docet, vulneratos in capite, à vino, & cibis crassioribus abstinere oportere; Item 1. ad Glauc. c. 3. inquit (qui vero ex bubonibus febricitant, arcendi sunt à vini potu, donec bubones soluantur) sed bubones soluuntur, cum suppurrantur, & sicut cetera vlcera ad cicatricem deducuntur; igitur per Galenum vlceri ex bubone prohibetur vinum. Amplius Hyppocr. lib. de fract. par. 1. tex. 47. in ossium fracturis potissimum cubiti docet à vino, & carnis esu abstiri.

abstinentiam esse, ergo multo magis id asserendum est in  
cabiti vulneribus, & ulceribus.

Respondeatur nos concedere, esse quinque prohiben-  
dum vinum in vulneribus, & ulceribus, non ratione vulneris,  
& ulceris ut sit; sed ratione inflammationis, vel febris, vel  
ob aliam causam prohibentem vini potum, qualis est ple-  
thora, & sanguinis superabundantia, item ciapula &c. Et  
hac de causa omnino putandum est tum à Galeno, tum  
Hippocrate præcipi vini abstinentiam loc. citat. in capitib;  
enim vulneribus tum inflammationis est timor, tum febris;  
pariter in ossium, & cubiti fracturis valde timetur futura in-  
flammatio, & febris, in quibus affectibus ut potè calidis vi-  
num est vitandum calorem vel augens, vel fouens, nisi certe  
virium adsit necessitas; aut alia urgeat ratio vel consuetudi-  
nis, uel ætatis, uel alia, quas omnes distinctè docuimus supra  
quest. i 5. quæ etiam considerandæ sunt in uino exhibendo  
cum adsunt uulnera, siue in capite, siue in alia parte corpo-  
ris, ut in inguine, ex suppurrato uerbi gratia bubone, & seculo,  
ac pure euacuato; quo tempore, nisi febris urgeat, aut cor-  
poris plethorica dispositio, unde timetur inflammationis, &  
æger uino sit consuetus uti, uel complexionis sit frigidæ, uel  
tempus anni sit frigidum, uel alia similis adsit causa uinum  
requirens, uini potu utendum est, potissimum si uel sanguini  
missione, uel purgatione corpus sit euacuatum, ob quas  
eadem causas etiam in febre ualidiore, & in pleuritide ui-  
no utendum, ut diligenter diximus quest. i 5. ergo multo  
magis uini potus coticedendus est in uulneribus. Est enim  
optimè nutriendis uinum, & esiccans uulnera, eademq; astrin-  
gens si austерum sit, quale uulneri ut uulneri conuenienti-  
sum existit.

QVAE-

## Q V A E S T I O D E C I M A N O N A.

*De vini potu in syncope:*

**D**E hac re Galenus egit ex professo 12. meth. med. cap.4. & 1. ad Glauco. cap.14. quibus in locis omnino diuersa uidetur docere. Etenim 12. meth.4. omnibus, quos syncope male habet, calidum natura uinum exhibet, & tenuc, uetusque, & boni odoris, magis tamen, minusue calidum pro diuersitate humoris, uel biliosi, uel pituitosi, ex quibus pendet syncopa. Talia autem uina calida, exemplificat Surrentinum, non sane quale existit nostro seculo, ut dictum est fusè supra quest. 9. Falernum, lesbium, & similia; Et prohibet uina admodum crassa, uel aquosa, uel austera, uel aquam ipsam. Contra uero 1. ad Glau. 14. in syncope ex sanguinis fluxu, utitur potu uini crassi, nigri, & austeri; uino uero aqua frigidæ temperato utitur in flusionibus, quæ fiunt ad uentriculum; quin etiam aquæ potum laudat in syncope ex extuione uentriculi, quæ omnia cum præcedentibus pugnant; unde dissidentes inter Doctores Medicos ortæ sunt de uini potu in syncope opiniones; quibus utpote inutilibus missis; ut Galenica explicetur, & intelligatur uera simul doctrina de exhibendo uino in syncope, seu animi defectu, seu virium exolucione.

**E. Notabile.**

Notandum est primo; Syncopæ, quæ est præceps virium lapsus ex Galeno 12. meth. med. cap. 5. plures posse esse causas, eodem Galeno authore loc. cit. & 1. ad Glau. 14. Cum enim virium robur consistat in debita quantitate, & temperie tum partium solidarum, potissimum principalium, puta Cordis, Cerebri, Hepatis; tum etiam spirituum; sequitur necessariò ea omnia, quæ solida, uel spiritus immobile.

dicē immutant tum quo ad ipsorum quantitatem, tum qualitatem, posse esse causas syncopes. Hinc sit ex liquibus febribus, & diurnis, nimirum extenuantibus, & ex mætrastro incide virium lapsu, deficiente debita quantitate, tum substantiae solidæ, tum spirituum; Item ex uitiosis, & venenatis succis, uel à causis extrinsecis pariter malitiosis, puta aëre putrido, & pestilentē; uel certe immoderatus frigido, aut calido, uel esiccandi, aut humectandi uel immoderata prædicto, alteratis nimirum præternaturam siue substantia solida, siue spiritibus, siue utrisque, contingunt syncopæ, quæ frequenissime sunt ex spirituum defectu, qui propter uarias, easque plurimas fieri solet corporis affectiones, & passiones, quas fere omnes percurrit Galenus i. ad Glauconem 14. Deficiunt enim animo homines, & resoluuntur spiritus, & vires, uel ex nimia euacuatione, siue per sanguinis fluxum uel è naribus, uel ab utero, uel ab hemorrhoidibus, uel à vulnere; siue per abscessus disruptionem; siue per uomitum, siue per diarrhœam, siue per cholera, siue ob inmodicum sudorem. Vel ex consensu oris ventriculi infestati siue à bile, siue uermibus, siue pituita, siue flatu crasso; Aut consensu ab uteri strangulatione, seu præfocatione. Amplius ob uehementes animalis affectus contingit virium resolutio, maximum uerbigratia ob gaudium, uel tristitiam, uel timorem, uel iram. Item ob maximam inediā, uel contra ob nimiam ingestionem, & multitudinem sanguinis, uel ob malignum humorē, uel ob nimios dolores uerbi gratia colicos, iliacos, &c. uel ob membra principalis obstructionem, uel ob nimiam intemperaturam siue calidam, siue frigidam, siue siccām, siue humidam uel totius, uel principalium partium; à quibus omnibus causis spiritus, uel corruptionem, uel resolutionem, uel suffocationem patiuntur, ut alibi ex professo dicendum.

Y

Notan-

2. Notabile. Norandum secundo. Duplex syncopæ debere tempus considerari à medicis; alterum, cum actu syncope inuadit; aliud, cum non actu affligit syncopa, sed syncopalis accessione futura pertimetur.

1. Conclusio. Prima conclusio. Quando syncopes non actu existit, sed pertimetur futura siue cum febre, siue sine febre, ex. siue est uini potus non raro, illiusque quandoque crassi, acerbi, austeri, nigri, quandoque potentiss., & tenuis, quandoque diluti; quandoque contra uinum non conueniat, sed conductit aqua frigida epota, pro ratione diversitas causæ, à qua potest oriri, quæ pertimetur syncopa futura.

1. Probatio. Iuxta hanc conclusionem omnino loquitur Galenus ad Glauconem 14. ubi in syncopa uino: utens modo crasso, modo tenui, modo albo, modo nigro, modo ualido, modo aquoso, modo uinum respuens, propter uarias causas, post multa hæc inquit uerba (optimum uero in his; quid futurum sit præcognoscere; atque hæc ante accessionem face: re anticipare). Et si etiam, quæ ex siccitate in principijs accessionum syncopam sunt intursus, optimum est præuidere, nam si durabus aut tribus horis ante accessionem exhibito cibo, manus ac pedes constringi iussieris, non interibunt;. Oportet autem cibos esse concoqui faciles, & ventriculo aptos. Quod si magniunt imminere periculum: fures suspicatus, uinum dare anticipabis, vinumque præser-tim in alicam elixaram infusum, quod si aliquid panis ex alica exhibueris, idem valebit. At si mediocris syncopæ expectatur, uino parcendum, sufficit enim tunc malæ punica, aut pyra, aut poma, aut aliquem alium fructum astrigentem eibis admiscere, & si ad hæc mediocriter tulenter accessionem, cum rursus cibum obtuleris, non erit necessarium fructibus uti. hæc quidem facienda sunt, si quid futurum præuideris.)

Ex:

Ex quibus Galeni verbis, quæ consulto transcribimus. Patet primo manifestissime Galenum hoc loco loqui de vini potu, cum futura pertinetur syncopa, non cum actu affigit. Patet secundo; quanto tempore ante syncopalem accessionem sit dandum vinum. Patet tertio, qua ratione sit dandum vinum, non certe putum, & simplex, sed infusum in alicam elixatam, vel cum ipso pane ex alia, quæ consona sunt dictis à nobis ex eodem supra quæst. 14.

Probatur Conclusio Ratione verissima, quam insinuat Galenus loc. citat. i. ad Glauconem 14. in fine. In syncopa, quæ timetur futura, præcauenda, scopus, & indicatio est, ea administrare, quæ sint contraria causis, à quibus pendebit syncope. Sed hæ causæ quandoque sunt humores pituitosi, & crassi, contra quos est utilis usus vini tenuis, & calidi, seu potentis, & veteris: quandoque sunt humores calidi, & biliosi, contra quos utilis est potus vini aquosi, & diluti; quandoque causæ sunt immodicæ evacuationes, siue per fluxum sanguinis, siue humorum alienum, quas sistit, & curat potus vini austeri, acerbi, crassi, nigri; quandoque causa est summa astuatio, & caliditas siue febrilis, & totius, siue ventriculi, cui utile præsidium est potus frigidæ. Quandoque causa est multitudo sanguinis suffocans, cui inutilis est tum vini potus, qui non conuenit plethoricis, tum aquæ sinceræ, quæ auget obstruktionem, quæ sit à sanguinis multitudine, ergo imminente, & futura syncopa, quandoque vini tenuis, & calidi, seu potentis, quandoque aquosi, & diluti, quandoque crassi, austeri, & nigri potus conuenit, quandoque nullatenus ex usu est vini potus, sed conduceit aqua frigida cœpta. Atque hæc est germana Galeni sententia, & verissima, de potu exhibendo in syncopa futura, etiam existente febre, & de hac agit i. ad Glauconem 14. Quia etiam in re obseruanda sunt febrilis caliditatis intensio, consue-

Quætempo-  
re, & quo  
modo vini  
sit dandum  
ante acces-  
sionem syn-  
copalem.

a. Probatio.

tudo, ætas, anni, tempus, & alia, de quibus latè diximus superiori quest. 15. cum de vini potu in febribus egimus.

**2. Conclusio.** Secunda Conclusio. Cum actu syncopa inuadit hominem, & actu affigit, necessarius est vini potus tenuis, calidi, sive potentis, & boni succi; maximè noxius existit aquæ potus.

**3. Probatio.** Est manifestissima Galeni citat. præcedenti conclusi. 1. De vino bendo in 2. ad Glauconem 14. vbi post allata à nobis verba præcedenti conclusi. hæc alia immediate, subdit (At qui ex inopinato in periculum inciderint, vinum calidum cum pane est exhibendum, & paululum aliquid cum eo alicet calidæ) quibus nî clarius pro conclusionis veritate. Et denotatur etiam vinum non purum debere ebibi, sed mixtum cum pane, & aliea ob rationes allatas à nobis quest. 14. Et iuxta hanc conclusionem manifestissime loquitur Galenus sibi minime contrarius 12. meth. med. cap. 4. vt patet legenti; Exenam inquit principio capitatis (vinum tamen quod calidum natura sit, & distributionem in corpus promoueat, omnibus, quos syncope male habet, offerre conueniet) & hæc vina explicans esse vetera, Surrentina sui temporis, lesbium, falernum, &c. falernum potissimum docet esse utile quibus ex crudis humoribus syncopes adest periculum, & paulo post varias explicans vinorum naturas, subdit (ergo quibus ex abundantia crudorum humorum syncope incidit, ijs crassa vina ceu noxia sunt fugienda, aquosa ceu parum efficacia) vnde patet Galenum hic loqui de syncope non futura, sed actu existente.

**4. Probatio.** Probatur Conclusio ratione manifesta, quam innuit clare Galenus 12. meth. 4. init. Actualis syncopa, & actualis defectus virium sola indiget virium refectione; quamobrem idem Galenus 12. meth. 6. propè finem, inquit hæc verba (ergo in omnibus eiusmodi curationibus si iam deprehensus

Hensus syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptomā vertitur) sed maxime reficiens vires, & celerrime, est vinum album, tenuē, natura calidū, & boni succi, cetera enim vel parum nutriunt, vt aquosa; vel tardius, vt austera, crassa, nigra; vt patet ex dictis supra in proprijs questionib; ergo in actuali syncopa, & virium resolutione maxime omnium idoneum est vinum album, tenuē, calidū natura, quod celerrimè distribuatur, nutriat, & vires reficiat.

Atque ex hac ratione verissima intelligitur primo in affectis syncope ex defectu, & euacuatione siue substantiæ solidæ, siue spiritū, conuenire vini potum, albi, tenuis, potentis; non autem in syncopa ex abundantia siue ingestorum, vt in ebrijs solet contingere; siue ex multitudine, & sanguinis abundantia immodica; quæ doctrina expressa etiam est à Galeno i. ad Glauconem 14. vbi cum docuerit modum succurrenti his, qui ex euacuationibus dissoluuntur. Et præcipue per vini potum, sic inquit (his igitur qui ex euacuationibus dissoluuntur; ita confessim succurrendum est, at qui ex multitudine non ita; Verum in illis artus quamplurimum fricare oportet, calefacere, atque alligare; à vino vero, & cibis abstinentum, & balneis, etiam si febricitauerint) & Ratio est manifesta; quia vinum auger multitudinem, ergo non est vtile sed noxiū in syncopa à multitudine, siue actu existat, siue sit futura.

Colligitur secundo. Ratio disparitatis, Cur Galenus de-  
neget vini potum in marcore torrido, concedit autem in  
marcore frigido, & in marcore syncoposo. lib. de marco-  
re cap. ultimo. quam rationem disparitatis afferre polliciti-  
sumus supra quæst. 15. Et ea est, quia eum torridus mar-  
cor fiat à febre ardentissima, ei obest vinum sui natura-  
calefaciens, vel calorem souens, prodest autem marcori

Syncopi ex  
defectu, non  
ex abundan-  
tia conuenie-  
vini potus,  
&c.

**Ex frigida causa, & syncoposo.** Cum enim syncope acta affligit, utrumque preparandarum potissimum est scopus, id quod à vino maxime præstatatur, & idcirco syncoposum iuvat maxorem vini potus, ledit autem torridum.

**Error presentium aqua potandam syncopæ af-** Colligitur tertio, quam male uulgares homines in hac Ciuitate Neapolis his, qui linquuntur animo, statim aquæ syncopæ af paululum præbeant bibendum. Cum enim actu affligit syncopæ, si ea ex euacuatione fiat substantia, aqua est maxime noxia, cum nullatenus nutrit, nutritione autem opus est, & celerima, vt constat ex dictis; si vero fiat ex multitudo, ne pariter aqua est noxia, multitudo enim suffocat, & extinguit calorem, quem pariter aqua sua nativa frigidit ac remittit. Solum igitur ex usu esse potest aqua in ardentibus scribris, & colliquantibus, & ubi ventriculus aestuat calore, antequam syncope inuadat. Item aquæ inspersio ex usu est syncoposis ex euacuatione, frigiditate enim aquæ condensantur pori, vnde ulterior impeditur diffusio spirituum.

Dices Galenus 12. meth. 4. init. syncope affectis frigidum potum exhiberi præcipit; est igitur utilis aqua frigida.

Respondeatur Galenum loqui de vini potu in syncopæ, quod uirtute, & natura calidum, actualiter autem frigidum exhiberi præcipit, ut actuali frigiditate resolutionem spirituum inhibeat, virtuali autem caliditate suæ substantiæ, celerime nutrit, & distribuatur, qua vi nutriendi cum creat aqua, nequit esse in syncopæ ad potum utilis. Atque hinc clare colligitur, quam aberrent ij, qui quando Galenus hoc loco, & 1. ad Glauc. 14. vino inquit vrendum calido, vel vinum calidum bibendum putant Galenum loqui de vino actualiter calido; est enim actualis caliditas syncopæ ex euacuatione, & resolutione, omnino noxia, cum resolutionem, & evaporationem promoueat, loquitur igitur de vino potentia, uirtute, & natura calido, qualia sunt farnum, lesbium, Surrentinum sui temporis, &c. Hec scilicet,

F I N I S.





